



~~W. 3. I 3.~~

~~XXIX 9. 10~~

IX. B. 6. 290.

45.

GD wü.

I. N. 3.
DISSERTATIO INAUGURALIS
DE
JURE SUBSTITUTIONUM

Quam

ANNUENTE NUMINE DIVINO

RECTORE MAGNIFICENTISSIMO

SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO

DN. FRIDER. WILHELMO

REGNI BORUSSICI HÆREDE &c. &c.
IN ILLUSTRİ ACADEMIA FRIDERICIANA

PRÆSIDE

DN. SAMUELE STRYKIO Jcto

SERENISSIMI AC POTENTISSIMI REGIS BORUSSIÆ CONSILIARIO

INTIMO, PROFESSORE PRIMARIO ET FACULTATIS

JURIDICÆ ORDINARIO

PATRONO ET PRÆCEPTORE PERPETUO HONORIS ET GRATITUDINIS CULTU PROSEQUENDO

PRO LICENTIA

Summos in utroque jure honores capeffendi

IN AUDITORIO MAJORI

D. Mart. An. MDCCII horis ante & pomeridianis
publicæ disquisitioni summittet

CHRISTIANUS LUDOVICUS VEIEL.

Ulmensis.

HALÆ MAGDEBURGICÆ,
Typis Johannis Gruneri, Acad. Typogr.

L. M. P.
DISSERTATIONE JURIS
DE

JURIS SUBSTITUTIONUM

AVVIVITE NUNTIUM DUM

RECTORE MAGNIFICENTISSIMO

SERENISSIMO ELECTORIS AC DUCIS

DR. ERIDER. WILHELMO

REGNI BOHEMIE HEREDIS & C.
IN ILLUSTRI ACADEMIA PRAGENSIS

P. R. E. S. I. D. E.

DR. SAMUELIS STRYKIO JACO

SERENISSIMO AC POTENTISSIMO REGNI BOHEMIE COMITALE

PRIMO, PROFESSORE PRIMARIO ET FACULTATIS

JURIS ORDINARIO

PROFESSORE ET ACADEMICO

PRO LICENTIA

Summus in utroque iure honores capessendi

In Auditorio Majori

D. Mart. An. MDCC. hodie ante 8 pomeridianis

publice disputavit

CHRISTIANUS LUDOVICUS VRIEL

Ulmensis

Hanc Dissertationem

Typis Johannis Gmülers Acad. Typogr.





INGRESSUS.

Est illa plerumque ultimarum voluntatum fors, ut quo magis rebus suis post mortem consulere cupiunt moribundi, eo majoribus involvant litibus posteritatem. Etenim non contenti sunt, ut illis, quibus vel natura vel Lex destinavit bona, hæc obveniant, sed variis heredum gradibus constitutis, quid uno horum mortuo, vel altero repudiante juris esse debeat, per plures post mortem annos prospicerre patrimonio suo satagunt. Verum eventus hucusque docuit, Deum plerumque turbare consilia testatorum, dum hi limites quodammodo providentiæ divinæ figere cupiunt, ne ad aliorum manus lucrum quoddam ex bonis a se relictis pervenire possit. Cum tamen jus nostrum licentiam hanc reliquerit cuivis privato, de rebus suis pro lubitu disponendi, heredesque quot voluerit instituendi, aliosque his substituendi; illis autem, quibus de jure respondendi facultas competit, secundum latas leges pronunciandum sit; tolerandum est, quod mutari non potest, & cavendum, ut quantum possibile, futuris controversiis & litibus obex ponatur. Hoc sine præsentem substitutionum materiam in foro frequentiorum quam quidem existimat Wesenbec. *in parat. ff. de Vulg. & Pup. Subst. n. ult.* recte ob hoc refutatus a Dauthio. *de Testam. ad L. 1. ff. d. t. p. 681.* Speciminis Inauguralis loco proponere libuit, præcipua tantum, quæ hic provide observanda veniant, exhibiturus. Deus adsit conatibus, & omnia ex voto succedere finat.



CAP. I.

De FORMA VULGARITER SUBSTITUENDI.

§. I.

*Provida
cura legum
circa Here
dis institu
tionem.*



Uemadmodum Leges Romanæ circa testamenta, utpote unum ex primariis capitibus jurisprudentiæ civilis, copiosæ deprehenduntur; ita inprimis ipsarum provida cura & sollicitudo apparet circa heredis institutionem. Hæc enim cum totius testamenti basis ac fundamentum, a quo ejus substantia ac

vires dependent, salutari mereatur, *L. Jubemus. 29. Cod. de Testam.* ne temere corruerent & exitu carerent morientium ultimæ voluntates ac suprema elogia, provisum est legibus, ut non solum primi heredis institutio, sed & substitutio heredis in locum deficientis primi subsistere debeat, *Intrigliol. de substitut. Cent. 1. qv. 2. Alexand. Trentacinq. rr. de substit. proem. num. 2. Oddo de substit. compendios. prælud. P. 2. qv. 1. Didac. Spin. a Carcer. in Specul. Testam. tit. de Substit. num. 1. Card. de Luca in Theatr. Just. & ver. tr. 2. Sum. Fideic. n. s. seq. Vasqv. de Suc. creat. lib. 3. §. 25. lim. 30. n. 1.*

*inm &
substitutio
nem here
diti.*

*Necessitas
& utilitas
materia
substitutio
num*

Quam necessaria vero illa substitutionum materia vitæ est legibus nostris: tam utilis est hodie illa in tritura forensi, si dextre riteque excutiatur. *Joh. Dauth. Comm. de Testam. ad L. 1. ff. de vulg. & pu-*

CAP. I. DE FORMA VULGARITER SUBSTITUENDI. 5

Et pupill. subst. p. 681. seq. ut etiam Baldus suo tempore gloriarius sit apud Intrigliol. de Subst. in Praef. Cent. 1. num. 2. & qui ex eo repetit Dauth. l. c. substitutionum materia. 15000. Ducatos semet lucratum esse.

§. II. Est autem substitutio in locum primi heredis institutio. secundo aut tertio loco a testatore facta. ^{Indoles} ^{substitutio}
L. Heredes. 1. ff. de substit. vulg. Et pupill. nihil itaque refert ^{nia}
an velis cum Glossa & aliis Dd. in rubr. dict. tit. ff. per
Secundam institutionem definire, quo & inclinatur Card.
de Luca Theatr. Inst. Et Ver. tr. 2. summa fideicom. num. 10.
an vero cum Intrigliolo alias definitiones re vera
idem exprimentes diverso licet verborum sono, eli- ^{ejusdem}
gere in ejus tr. de Substit. Cent. 1. qv. 2. Quamvis autem ^{species.}
substitutionis vocabulum interdum laxè sumatur, ut
non solum comprehendat directas substitutiones, sed
etiam obliquas, quæ verbis precativis fiunt, & fidei-
commissa vocantur; conf. L. 5. Et 7. Cod. de Impub. Et all.
subst. Capit. 1. de Testam. in 6. Oddo in Præclud. Compend.
subst. p. 1. qv. 5. num. 3. Trentacinque de Substit. proem. n.
20. Nihilominus in præsentī circa directas substitutiones
erimustantum occupati. Suppeditat autem hæc sub- ^{Generalis}
stitutionum materia testatori fere generalem caute- ^{Cantela ex}
lam, quia hoc remedio sibi ac rebus suis consulere pro- ^{substitutio-}
ficereque potest, ne ad heredes ab intestato contra- ^{nibus}
ipsius voluntatem successio bonorum ejus devolvatur;
quod alioquin citra dubium fieret, si vel institutus
heres in testamento præmoriatur, vel repudiet
hereditatem. Osw. Hillig. ad H. Donell. Com. Jur. Civ. lib.
6. cap. 23. lit. C. Joh. Dauth. de Testam. rubr. de substit. n. 8.
Quam ob rem Testator substituendo tot heredes eorumq;
gradus facere potest, quot ipsi libuerit, adeo, ut
novissimo loco vel Fiscum, vel Ecclesiam, aliaque

pia loca substituere valeat. *pr. Institut. de Vulg. substit.*

*Substitutio
vulgaris
obtinere in
omni testa-
mento.*

§. III. Cum vero substitutionum directarum diversæ sint species, primum locum inter illas merito obtinet vulgaris substitutio, quippe quæ a qualibet persona ad testamentum condendum habili suscipi potest in casum, si primus institutus heres factus haud fuerit *L. 3. Cod. b. t.* unde liquet simul, nihil hic interesse, an in testamento scripto an vero nuncupativo, an in solenni, an autem minus solenni substitutio fiat. Uti enim institutio heredis in omnis generis testamentis fit; ita etiam substitutio, quippe quæ illam in omnibus imitatur. Hahn. ad Wesenb. *tit. de substit. num. 1.* In Codicillis itaque talis substitutio fieri non potest. Ferdin. Vasqv. *de Success. creat lib. 3. §. 25. tim. 30. num. 1.* Didac. Spin. a Carcer. *in specul. testam. de Vulg. substit. n. 6.* Magon. *Decis. 4. per tot.* Nec valerent substitutio Codicillaris, licet inter liberos codicilli essent conditi, Aym. Cravett. *Conf. 80. n. 1.* Igitur testator substituturus in Codicillis caurus fit, ut adjici curet clausulam codicillarem. Quamvis enim haud pauci sint, qui contendunt, nec in vim fideicommissi valere substitutionem vulgarem in Codicillis factam. vid. M. A. Peregrin. *de fideicomm. art. 18. num. 5.* Vasqv. *de Success. progreu lib. 2. §. 11. num. 25.* Cephalus *in L. Centario 15. ff. de subst. vulg. & pupill. num. 289.* at tamen contraria sententia verior & in judiciis receptior est, nititurque fundamento *L. 76. ff. ad Scons. Trebell. & L. 13. §. 1. ff. de Jur. Codicill. conf. Mantica de Conject. ult. vol. lib. 6. cap. 4. n. 14.* Valasc. *tom. 1. Consult. 54 n. 6.* Gvid. Papa *conf. 202.*

*An etiam
in Codicillis
substitutio
hæc fieri
possit?*

*mediante
claus. Codi-
cill.*

*In dubio
presumitur*

§. IV. Præterea cum communissima & frequens sit substitutio vulgaris, inde inferre licet, quod in dubio potius

DE VULGARITER SUBSTITUENDI

7

potius directa & vulgaris, quam ulla alia inter-
 preranda sit. *Cap. 1. de testam. in 6. & ibi Eman. a Costa* ^{potius sub-}
num. 1. Joseph. Mascard. de Probat. concl. 1346. Menoch. substitutio
lib. 4. Pres. 66. Cardin. de Mant. de Conject. ult. vol. lib. 5.
tit. 1. num. 3. Intrigliol. de subst. Cent. 2. qv. 84. Card. de
Luca Theatr. Iust. & Ver. tr. 2. disc. 89. & disc. 127. num. 3.
 Qui tamen hoc limitat, nisi disponentis voluntas hoc
 aliter svadeat; nam voluntas testatoris totum facit, ^{Voluntas}
 ceu loquitur J Ct, in *L. ex factob. §. rerum autem Italicarum ff. tamen sub-*
de hered. Inst. & in primis etiam in substitutionum materia ^{stituentis}
 ejusque explicatione cavendum est, ne dum nimia uti- ^{attendenda}
 mur verborum subtilitate, vera judicia defunctorum ^{est.}
 subvertantur *L. quoniam indignum Cod. de Testam. L. si*
quis heredem inf. Cod. de Instit. & substit. Nam voluntas
 defuncti, licet ex conjecturis colligatur, tollit omnia
 obstacula. Raph. Fulgos. *conf. 15. n. 2. Paul de Castro conf.*
123. Quare illud potissimum inspicitur, quod testator
 verisimiliter disposuisset, si de eo fuisset interrogatus.
L. Titius §. Lucius Titius ff. de Lib. & postb. de qua
 bene judicat Alexand. *ad dict. L. num. 2.* quod nulla
 regula in ultimis voluntatibus sit utilior. *conf. Oldrad.*
conf. 25. n. 3.

§. V. In specie vero substitutio potius vulgaris aut ^{In dubio po-}
 alia est interpretanda in dubio, quam obliqua aut fidei- ^{tius substi-}
 commissaria. Intrigliol. *de substit. Cent. 2. quest. 84. n. 7.* ^{tutio dire-}
 Franc. Vivius *Commun Opin. concl. 859. Menoch. de Pres. sta, quam si*
lib. 4. pres. 66. n. 1. seqv. qui nituntur L. fin. Cod. de Hered. deicom-
cap. 1. de test. in 6. Accedit quod substitutio [directa] fidei- ^{missaria est.}
 commissoria plenior sit, & in dubio testatori magis pla-
 cuisse præsumatur, Bald. *Vol. 2. conf. 35. n. 2.* Nam favo-
 re ultima voluntatis in Institutionibus, earumque spe-
 cie

cie, substitutionibus, attenditur id quod plenius *l. si de solum ff. de Hered. instit.* præterea fideicommissaria substitutione utpote gravamen imponens, non potest non censeretur odiosa *L. ex tribus Cod. de inoff. testam.* Hinc in dubio non est eligenda, nec testatoris menti conveniens. Nam testator qui institutum diligit & honorat, eum in dubio gravatum voluisse non præsumitur *Gloss. & Dd. in L. si unum §. si rem ff. de Legat. 2.* Mevius *p. 4. Decis. 187. per tot.* Cautus itaque sit testator, ut in substitutione vel clare mentem suam exprimat, vel si fideicommissariam substitutionem evitare velit, absteat ab omnibus verbis indirectis, v. c. quod debeat substitutus capere de manu alterius, vel quod ipsi debeant restitui. Theod. a Ripa *ad L. 15. ff. de vulg. & pupill. subst.* Sim. de Præc. *de interpret. ult. vol. fol. 254. num. 70.* Menoch. *Consil. 303. num. 4.* E contrario substitutio vulgaris aut alia directa in dubio evincitur, si vocatus vel substitutus immediate sua manu & autoritate capere jubetur. Sim. de Præc. *de Interp. ult. vol. f. 288.* Bartol. *in l. Centurio 15. ff. de Vulg. & Pupill. subst. & ibi Alexand. num. 28.* Mevius *Part. 4. decis. 181. num. 7.*

Monitum ad præcavendas hæc disputeationes

Vulgaris substitutio nis distinctio a compendiosa.

§. VI. Cum itaque substitutiones tam difficulter in dubio a se invicem separari possint, cautus etiam sit testator in adhibenda *compendiosa substitutione.* Nimirum dicitur compendiosa substitutio & alias militaris, quia ab initio hoc militibus tantum concessum erat una cum aliis privilegiis ultimæ voluntatis, ut illi liberis quibuscunque in quemcunque casum, & qualitercunque defecerint heredes, potestatem substituendi haberent. *L. 8. Cod. de impub. Substit.* Verum acriter disceptatur inter Dd. quo jure illi, qui militum privilegio non fruuntur, hac substitutione compendiosa uti possint
Nam

Nam militi testaturo nullæ præscriptæ regulæ circa substitutionem, sed voluntas ipsius, omni jure potior habetur, nec ejus substitutio certos habet limites, uti apparet ex *L. 15. ff. hoc tit.* Oddo de *Compend. substit. militaris* p. 1. Peregrin. de *fideicomm. art. 33.* Intrigliol. de *Substit. Cent. 3. qu. 1.* Menoch. *lib. 4. presunt. 51.* Ideoque inquirendum nunc erit, annon testator paganus compendio verborum in substitutione uti possit, & quo effect uilla substitutio compendiosa gaudeat?

§. VII. Quo vero hæc alias intricata quæstio clarior evadat ponamus Mevium paganum hoc modo testamentum condidisse: *Filius meus heres esto: & si ille quacunque ratione decesserit, Titius sit ipsi substitutus.* Ubi ab initio notandum, esse quidem hanc formulam compendiosæ substitutionis, sed male a nonnullis unice illa verba: *quacunque ratione* pro caractere substitutionis compendiosæ venditari. Trentacinq. de *subst. p. 4. c. 5.* Oddo de *compend. substit. part. 4. quest. 1. art. 1.* Flam. Paris. *conf. 11. num. 35.* Curtius *jun. Conf. 86. num. 2.* Roland. a Valle *lib. 1. conf. 25. num. 13.* Nam & tunc dicitur compendiosa substitutio ex mente Dd. si testator filio impuberi substituit hoc modo, & *quandocunque filius meus decesserit; substituo Cajum & c.* Bartol. in *L. Centurio ff. de vulg. & pupill. substit. num. 17.* Paul. Leon. de *compend. subst. num. 28.* Menoch. *lib. 4. pres. 51. num. 5.* Intrigliol. de *substit. Cent. 3. qu. 4. n. 4.* Alias formulas compendiosæ substitutionis affert Vincent. Fusar. de *substit. fideicomm. qp. 223.*

§. VIII. Cæterum cum sub compendiosa, vulgaris pupillaris & exemplaris latere possit, bene hic potestas testatoris ponderanda, an verba illa vulgarem vel pupillarem admittant. Sic per compendium facta substitutio a pagano continet (1) vulgarem, consen-

B

tien-

Dependet illa a potestate substituentis *pend. subst. Part. 5. tit. de compendiosa a pagano facta art. 1. num. 1. Paul. Æmil. Gallus de except. success. tit. 4. exc. 22. num. 45. Trentac. de subst. p. 4. c. 2. n. 2. Peregrin. de fideicomm. art. 34. n. 16. Fufar. alleg. tr. quæst. 237. (2) continet hoc casu omnem speciem illam quæ sub vulgari latitat, nimirum pupillarem & quasi pupillarem sive exemplarem, & quam voluntas sive expressa, sive conjecturata testatoris substituentis admittit. Cap. si pater. de testam. n. 6. Oddo de Compend. substit. p. 5. qu. 3. art. 1. n. 2. Trentac. de subst. p. 4. c. 2. n. 4. Sim. de Præt. de interpret. ult. vol. fol. 269. n. 15. Vinc. Fufar. de fideicomm. substit. qu. 249. Itaque si mater v. c. ita compendiosè substitueret, illa compendiosa substitutio non involveret, aut contineret substitutionem pupillarem, quia illa est effectus patriæ potestatis matri jure nostro denegatæ. Fideicommissaria vero substitutio sub verbis directis compendiosis non continetur; quia non est in potestate testatoris, verbis directis fideicommissum relinquere; sed illud debet fieri verbis precativis aut aliis obliquis. Quod si vero clausula Codicillaris tali substitutioni compendiosæ adjecta, & reliquæ directæ substitutiones non valerent, posset tunc flecti in fideicommissum. Menoch. de presunt. lib. 4. pres. 58. Peregr. de fideicomm. art. 34. n. 6. Intrigliol. de Substit. Cent. 4. quæst. 13. Alex. Trentacinq. de substit. p. 4. cap. 10. num. 2. Socin. sen. lib. 1. cons. 116. n. 24. Cravett. cons. 210. n. 2. Vincent. Fufar. de fideicomm. substit. quæst. 239.*

In vulgari substitutio ne an casus voluntatis

§. IX. Uti vero vulgaris substitutio a quovis testatore cuicunque heredi fieri potest, ita liberiori stylo ac jure gaudet, nec ad certos terminos restricta est. Exsurgit vero inde ardua illa & per vulgata quæstio, an

an casus voluntatis & impotentiae comprehendatur in illa formula substitutionis; *Si Sempronius heres esse nolit Titius heres esto* quod affirmandum. Quamvis vero haud pauci hic dissentiant, ac fluctus in simpulo movere niantur, vid. Lauterbach. *comp ff. tit. de vulg. & pupill. datur?* *subst. p. 495.* attamen nostra sententia & verior & in praxi receptior est, Menoch. *lib. 4. pr. es. 65.* M. Ant. Peregrin. *de Fideicomm. art. 33. n. 17.* Trenacing. *de Substit. p. 1. c. 1. n. 26.* Intrigliol. *de Subst. Cent. 1. qu. 12.* Casus enim expressus continet casum non expressum, ob praesumptam testatoris voluntatem. *L. 22. ff. ad SCons. Trebell.* Testator enim non sine certo herede voluit decedere, ergo substituendo omnem casum quo primus deficit, intellexisse videtur, add. *L. 3. Cod. de Instit. & substit.* Nec militat valde pro sententia contraria *L. 21. ff. de Vulg. & pupill. substit.* qua alias niti solent. Nam illa lex non loquitur de casu voluntatis, & ejus extensione ad casum impotentiae; sed loquitur de extensione substitutionis de tempore ad tempus. Pariter huc non facit *L. 10. ff. de Lib. & Posth.* quae etiam pro contraria sententia allegari solet. Nam ibi non agitur de substitutione, sed de institutione posthumi. Praeterea huic legi derogatum esse per *L. fin. Cod. de Posthum. hered. instit.* asserit Manzius *de testam. tit. 2. qv. 4. num. 10.* add. Ill. Dn. Praesid. Praeceptoris, in aeternum devenerandi *Ant. not. ad Lauterb. alleg. tit. verba: non includit.*

§. X. Cautus itaque sit testator substituendus, ut ob controversias ex hac formula enatas, illa plane abstinere, & potius illam adhibeat: *Si Titius heres non erit, dubius Sempronius esto substitutus ejus.* Nam sub hac generalitate casus uterque, h. e. sive Titius heres esse nolit, vel non possit esse, ad Sempronium devenit hereditas, ita disponente testatoris voluntate firmis con-

jecturis nixa; atque in hac sententia conveniunt plerique, vid. Mantica *de conj. ultim. volunt. lib. 5. tit. 3. num. 3.* Magon. *Dec. Flor. 4. num. 3.* Intrigliol. *de substit. Cent. 1. qv. 17. n. 3.* Verum cum & hic non delint nonnulli diffident, tuti, est ad præscindendas omnes superfluas disputationes fori, si testator claris verbis casum impotentiae & noluntatis exprimat. Quod si autem substitutionem ultra unum casum extensam noluerit, caurus sit, ut in alterum casum expresse alium substituatur, alioquin prior substitutus, ex communi & recepta Dd. opinione utroque casu ad successionem admittendus foret; Menoch. *de Presumpt. lib. 4. præf. 65. n. 25.*

An substitutio vulgaris extendatur etiam ad alios casus non expressos

Deciso dependet voluntate substituentis.

§. XI. Pertinet huc etiam quæstio, an substitutio vulgaris extendatur de casu ad casum, nimirum si institutus moritur post testatorem antequam adit, ad casum, si ante decedat. Affirmant hoc Dd. *in L. i. ff. de subst. vulg. Surdus lib. 2. cons. 231. num. 23.* Tiber. Decian. *cons. 1. n. 128. seqq.* Fl. Paris. *lib. 2. cons. 70. n. 19.* Alciat. *lib. 3. de verb. signif. n. 8.* Grassus §. *substitutio qv. 7. n. 7.* Præt. *de Interpr. ult. vol. f. 233. n. 2.* Peregrin. *de fideicom. art. 33. n. 13.* inprimis vero Menochius *cons. 432. & 621. & lib. 4. præf. 65.* rum & Surdus *Decis. 37. & dec. 238.* varios casus recensent, ubi substitutio de casu ad casum locum habere possit. Nimirum hæc omnia dependentia solerti indagatione mentis & præsumptæ voluntatis testatoris. Hinc iidem Dd. concedunt, quod substitutio non extendenda ad casum dissimilem, aut menti substituentis contrarium. Socin. *sen. lib. 1. cons. 106. n. 26.* Menoch. *cons. 432. n. 18.* Quæ voluntas substituentis omnem extensionem de casu ad casum respicientis, ex illo etiam sat manifeste concludi possit, si clausula: *Et non aliter*, foret adjecta. Sim. *de Præt. de interpr. ult. vol.*

vol. f. 157. n. 11. Mant. de Conject. ult. vol. lib. 3. tit. 14. num. 10. Roland. a Vall. lib. 4. conf. 63. n. 29. Cavalc. p. 2. dec. 16. n. 5. sic etiam extensio substitutionis vulgaris reprobata censetur, si testator dixit: *tunc & eo casu*; quia hæc verba excludunt extensionem Oddo in *prelud. Compend. substit.* p. 2. qv. 3. Alex. Trentac. de *substit.* c. 1. n. 41. Intrigliol. *Cent. 1. qv. 1. num. 88.* Nisi de alia mente testatoris verisimiliter constet. Paris. lib. 2. conf. 50. num. 54. Alciat. lib. 9. conf. 91. n. 9. Socin. *jun. lib. 1. conf. 106 num. 29.* Menoch. *conf. 432. n. 32.*

§. XII. Quando vero institutus repudiat hereditatem, substituto mox locus est dandus, licet filius familias sit, & suus heres, qui se abstinuit ab hereditate paterna. Alex. Trentac. de *substit.* p. 1. c. 4. n. 4. Did. Spin. a Carcer. in *spec. testam. de vulg. subst. num. 11.* Eman. a Costa in *Cap. si pater. p. 2. num. 17. de testam. in 6.* Limitationem vero communiter hic addunt, si Monachus sit institutus & hereditatem repudiet, ubi non vulgariter ipsi substitutum, sed Monasterium succedere volunt. Bartol. in *L. n. 21. ff. de vulg. & pupill. subst. & ibi Theod. Ripa num. 150.* Villalobos *Comm. Opin. lit. M. num. 119.* Interim tamen haud pauci sunt, qui contrariam sententiam amplectuntur cum Fulgos. in *L. cum proponas Cod. de heredibus instituendis.* Aretin. in *Cap. in presentia X. de Prob. aliisque, & cogitur fateri allegatus Trentacinquius, illam sententiam de jure Civili esse veriores, alteram tamen magis communem.*

§. XIII. Idem dicendum est de casu, si filius institutus repudiet hereditatem, Pater vero eam adire cupiat, an præferendus sit vulgariter filio substituto quod affirmat Intrigliol. de *Substit. Cent. 1. qv. 30. & pater præcommunem hanc esse opinionem testatur Did. Spin. a Carcer. spec. Testam. de vulg. subst. n. 15.* Contraria au-

*Institutione
deficiente
substitutio
vires capit.*

*Filio institu-
to deficiente,
re, an ejus
pater præ-
feratur
substituto*

tem magis arridet Corasio in *L. Post aditam. Cod. de Impub. Et al. subst. n. 46.* ubi quidem priorem opinionem communem, posteriorem vero veriore putat, quem sequitur Fachinæus *lib. 4. controu. Jur. cap. 63.* conf. etiam Trentac. *loc. alleg.* Sic etiam affirmantes concedunt, Patrem filii instituti non admitti, si persona substituta sit magis dilecta. Villalob. *Commun. Opin. lit. F. n. 120.* ob præsumptam voluntatem testatoris, quæ tanquam Regina primum locum tenet & in omnibus dominatur. *L. in Conditionibus. pr. ff. de Cond. Et Demonstr.*

Quid si institutus indignus sit?

§. XIV. An vero substituto locus sit in hereditate, instituto indigno existente; merito hic in disquisitionem venit. Pro substituto pugnant Petr. Gregorius, vulgo Tholosanus, *Syntag. Jur. P. 3. lib. 42. tit. 14. n. 2.* Crass. in §. *Substitutio. qv. 9. num. 8.* Trentacinq. *de Substit. part. 1. c. 8.* Fachin. *lib. 4. controu. Jur. cap. 64.* Contra vero Fisco hoc casu favent Fumeus *de subst. vulg. num. 23.* Mart. *Laud. tr. de Fisc. qv. 186.* M. A. Peregrin. *de Jur. Fisc. lib. 2. tit. 2. n. 27.* communem hanc esse opinionem asserens, conf. Thefaur. *Decis. Pedemont. 127. n. 7.* Fundant vero sese hi Dd. in argumento *L. si sequens gradus is. ff. ad Scons. Silanian.* ubi disponitur, quod, si sequens gradus ultus fuerit necem testatoris, a priore hereditas ad illum non transferatur, nec enim pœnam illius hujus præmium esse debere, vid. etiam Hieron. de Cævall. *spec. Commun. Opin. contra commun. quest. 716.*

an substitutio vulgaris unus pluribus in

§. XV. Cæterum, cum substitutio vulgaris quocunque modo fieri possit, poterit Testator in unius instituti locum plures substituere, aut etiam in locum plurium institutorum unum substituere, §. 4. *Inst. de vulg. Substit.* Ubi primum quæstio ventilatur a Dd. An

sub-

substitutio vulgaris pluribus facta, resolvatur in singularitates institutus fa-
h. e. si pluribus institutis substitutus sit aliquis, & aliquis eia resoluta
ex institutis aut non velit, aut non possit esse heres, illatur in sua
pars ad substitutum devolvatur? Quod negandum est singularita
cum Vasqv. de Success. progr. lib. 2. in præf. n. 8. & §. 24. Ro-tes?
der. Gomez. Var. Resolut. tom. 1. c. 3. n. 25. Mantic. de Con. j
ult. vol. lib. 4. tit. 11. n. 25. Alex. Trentacinqu. de Substit. P.
1. c. 17. Peregrin. de fideicom. art. 13. n. 19. & 26. Nam dum
testator omnibus unum substituit, tacite voluisse cen-
setur, ut inter ipsos institutos locus sit juri accrescen-
di. Menoch. lib. 4. Præsumpt. 87. n. 11. Æmil. Gallus de Ex-
cept. success. P. 2. tit. 4. except. 18. n. 45. itaque unius aditio-
ne ex pluribus institutis substitutio expirat. L. 42. ff. de
vulg. & Pup. substit. Atque hoc maxime procederet, si
substitutio facta est per copulam hoc modo: Titium &
Julium instituo, & si Titius & Julius heredes non erunt, Sem-
pronius heres esto. Menoch. alleg. loc. Intrigliol. de Substit.
Cent. 1. qu. 25. n. 22. Peregrin. alleg. loc. art. 15. n. 19. & late
Vinc. Fufar. de fideicom. Substit. quæst. 54.

§. XVI. Quare si noluerit forte testator, ut ad ^{Cautela te} unum ex institutis hoc casu integra hereditas devol-^{statori ob} vatur, Cautela est, ut specialiter hoc declaret, ac men-^{servanda} tem suam plenius desuper aperiat. Ex quo infimul^{hoc casu} apparet, si testator heredes institutos, non nisi ad par-
 tem ipsis adsignatam admittere, & ita jus accrescendi
 inter ipsos impedire velit, singulis heredibus alios
 substituendos esse, vel, si unum tantum substituere ve-
 lit, hunc substituendum esse singulis, & expresse pro-
 hibendum esse jus accrescendi inter heredes. Alexand.
 Trentacinqu. de substit. Part. 1. cap. 17. n. 11. Card. de Mant.
 de Conject. ult. vol. lib. 4. tit. 11. num. 30. Cum enim jus ac-
 crescendi dependeat ex præsumpta & conjecturata

men-

mente testatoris, substitutio autem expresse ejus voluntate nitatur hoc casu, jus accrescendi præsumptum cedit forriori, nimirum voluntati expressæ testamentum condentis. *L. 30. ff. de vulg. & pupill. subst. Menoch. lib. 4. præf. 87. n. 2.*

*Substitutio
vulgaris
alternati
va resolvitur
in singularitates*

§. XVII. In eo interim conveniunt Dd. quod substitutio facta alternatim hoc modo: *Si Titius heres non erit, aut Sejus heres non erit, substituo Cajum*; resolvatur in singularitates, ceu isti loqui amant; vel clarius, quod tunc repudiantis Titii vel Seji pars jure substitutionis ad Cajum pertineat, Trentacinq. *dict. cap. 17. n. 20. Mantic. dict. tit. II. num. 26. Intrigliol. de Substit. Cent. I. qv. 25. n. 28. & qv. 46. num. 19. Peregrin. de fideicom. art. 13. n. 34.* Idem est, quando substitutio esset facta his verbis: *Si Titius vel Sejus heredes non erunt, Cajus esto*: Socin. Sen. & Dd. *ad L. I. ff. de Vulg. & pup. subst. Trentacinqu. dict. cap. 17. num. 37.* Quod tamen limitari solet, quando instituti essent liberi testatoris, quia tunc alternativa resolvitur in conjunctivam. Socin. Sen. Ripa & alii Dd. *ad d. L. I. ff. de vulg. Mantic. d. tit. II. n. 28. Intrigliol. all. tr. qv. 25. n. 32. M. A. Peregrin. dict. art. 13. num. 34.*

*Cautela,
in casum
premo-
rientis
substituti.*

§. XVIII. Cum vero ob incertum mortalitatis eventum facile contingere possit, ut substitutus in casu §. præced. 16. ante testatorem moriatur, & ita substitutio evanescat; sicque iterum jus accrescendi sibi locum vindicare possit. Nam non aliter hæc jus accrescendi excludit, quam si illa ad effectum fuerit deducta, h. e. si substitutus tempore unius heredis repudiantis superstes fuerit. Menoch. *præsumpt. 87. n. 4.* Hinc cautus fit testator, ut etiam in casum præmorientis substituti, vel hujus liberos, vel alium quendam substituat, quod & necessarium est, in casum substituti

er-

repudiantis, quia post hujus repudiationem, si nemo ulterius substitutus, pariter jus accrescendi reviviscit.

§. XIX. Quo ad expirationem substitutionis, non minus cautum sese gerere debet testator. Nam aditione heredis vulgarem expirare substitutionem clari juris est in *L. 5. Cod. de Impub & al. substit. Mant. de conject. rior. insti ultim. vol. lib. 5. tit. 2.* Peregrin. *de Jur. fideicomm. art. 15. n. ruzi num. 3.* Sim. *de Præt. de Interpret. ult. vol. f. 233.* Intrigliol. *de Substit. Cent. 1. qv. 46.* Alex. *Trentacinq. de Substit. p. 1. c. 16.* Surd. *lib. 2. cons. 251.* Gallus *de Except. Success. p. 2. tit. 4. exc. 18. n. 42.* Quod procedit etiam in substitutione in legatis & fideicommissis, Intrigl. *dict. qu. 46. n. 26.* Imo quo ad omnes gradus substitutionum. Did. Spin. *a Carcer. in spec. testam. tit. de vulgar. num. 23.* Cephal. *Consil. 289. num. 15. usque ad f. Præt. de Interpret. ult. vol. fol. 371.* Intrigl. *dict. qv. 46. n. 4.* Quod si itaque contingat, ut institutus in testamento adeat hereditatem, sed mox, vel ex aliquo intervallo, sine herede decedat, ad substitutum nihil transmittitur, quapropter & in hunc casum cavere debet testamentum condens, ne hereditas ad instituti proximos ab intestato devolvatur. Ubi quidem directa substitutione in hunc casum extensa sibi consulere non potest; bene tamen fideicommissio heredem gravare valet, ut substituto hereditatem restituat. Peregrinus *de fideicomm. art. 2.* Verum hoc casu iterum necessaria cautela notanda est, ut si integram hereditatem per fideicommissum translata velit, quartæ Trebellianicæ detractionem prohibeat, alioquin hanc institutus heres ad suos cognatos transmitteret. Est hoc vulgatissimum illud remedium, quod hoc casu *ex Nov. 1. C. 2. §. 2.* suppeditatur. Quamvis enim hic textus de Falcidia loquatur, eadem tamen ratio est in Trebellianica, Bachov. *vol. 2. disp. 14. t. b. 10. lit. A.* Fachin

Substitutio vulgaris expirat aditione insti

Cautela ad hoc prohibendum.

lib. 5. contr. 13. Hinc conjecturata prohibitio Trébellianicæ non sat provide adhibetur.

Excluditur substitutus liberis licet ante aditionem instituti mortui sint §. XX. In liberis vero, ad excludendam substitutionem, non præcise necessaria est aditio. Nam si illis aliquis substitutus sit in testamento a Patre, licet liberi reapse hereditatem non adierint aut se illi nondum immiscuerint, interim Nepotes reliquerint, hos substitutū excludere verius est. Verba enim illa: *Si heres non erit*, tacitam illam conditionē habent, si ne hereditatem in alios ex dispositione juris transmiserit. Jam vero suus heres, h. e. qui in potestate defuncti & proximus ei est, hereditatem non aditam transmittit, & quidem tantum in suos descendentes, sed etiam in quoscunque heredes alios, vi juris sunitatis *L. un. §. 5. & 13. Cod. de Caduc. toll.* Idem dicendum est, si filius emancipatus habeat substitutum in testamento. Hic si post mortem patris ante apertas tabulas supremas ejusdem, sive etiam ante aditionem moriatur, tunc transmittit hereditatem, per transmissionem Theodosianam, in *L. un. Cod. de his qui ant. apert. tabb.* ad descendentes, excluso substituto.

Substitutio expirat, licet institutus deliberans mortuus sit §. XXI. Quid autem dicendum est de herede instituto deliberante, & intra tempus deliberationis decedente? Quamvis vero sint, qui hoc casu hereditatem substituto cedere debere, contendunt; alii tamen cum B. Dn. Struvio *Syntag. Jur. Civ. ad tit. de Vulg. & Pup. substit. lb. 17.* existimant, etiam si heres deliberans decesserit, hujus heredes intra residuum deliberationis tempus jus adeundi hereditatem salvos habere. Cautela itaque hoc loco est, ad excludendam transmissionem & admittendam substitutionem, ut testator institutionem ad heredis personam restringat

Cautela, ut substitutus admittatur

gat

gat v. c. *Julius heres esto; & si ipse vivus hereditatem non adierit, Pomponius heres esto.* Imo & expresse illa transmissio prohiberi posset. vid. Joh. Dilect. *Durant. de Art. testand. tit. 5. caut. 1.* Quod tamen restringendum puto ad casum, ubi extraneus heres institutus, cui nulla deberur legitima. Quantum enim ad legitimam, transmissio impediri nequit, quia manifestum continet gravamen, quod tamen a legitima prorsus exulare debet per *L. quoniam 32. Cod. de Inoffic. testam. add. Diff. de Gravamine Legitima* nuper sub Dn. Præsid. habita.

§. XXII. De portionibus vulgariter substitutis obvenientibus, illud imprimis annotandum est, quod si plures ex partibus disparibus instituti, & sibi invicem substituti sint, hi easdem in substitutione partes capiant, quas in institutione expressit testator. Exemplum hujus rei suppeditat Dn. Hop. *in Com. ad Inst. de vulg. subst.* Testator instituit Titium in VI. uncias, Cajum in IV. & Sempronium in II. eosque invicem substituit. Si nunc Titius nolit adire hereditatem, Cajus habebit VIII. uncias & Sempronius IV. Quodsi ergo alia mens Testatoris fuerit, hoc ab ipso exprimendum, vel etiam nominibus propriis sibi invicem substituendi sunt. Expressio enim nominis proprii id operatur, ut præsumatur, testatorem magis respexisse ad personas substitutorum, quam ad portiones, per *L. 24. ff. de Vulg. & pupill. subst.* Imo & ex hoc æqualitas inter substitutos præsumitur, si æqualia onera substitutis imposita sunt, *L. 23. & 24. ff. ad Scons. Trebellian.*

§. XXIII. An autem prælegata relicta instituto, hoc repudiante, aut etiam impedito hereditatem adire, ad substitutum perveniant? merito disquiritur.

Portiones
substitutio
num regu-
lantur se-
cundum
portiones
institutio
num.

Remedium
utile con-
tra hoc.

An substi-
tutus insti-
tutore
pudians

etiam præ
legata acci-
pias?

Negativa placet Intrigliol. *de substit. Cent. 1. qv. 45.* Peregrino *de fideicomm. art. 7. n. 5.* Trentacinqv. *de Subst. p. 1. c. 13. n. 14.* Menoch. *lib. 4. præf. 195. n. 2. ob L. Sextilianam ff. de legat. 3.* Quæ sententia admitti posse videtur, quando substitutio expresse est facta in hereditate. Interim si simpliciter instituto substitutus fuisset, affirmativa decisio quæstionis potius amplectenda erit. Nam valet etiam substitutio in legatis & fideicommissis, Carpz. *Jurisprud. For. Part. 3. Const. 8. def. 21.* Maxime si testatore adhuc vivo mortuus est heres, quia tunc substitutus etiam habebit legata. *L. miles §. pro parte. ff. de Legat. 2.* Menoch. *dict. præf. 195. num. 6.* Intrigliol. *de subst. cent. 1. qv. 45. num. 11.* si vero substitutus mortuus est post testatorem, ante tamen aditam hereditatem, prælegatum transmittetur ad heredes instituti, Alex. Trentacinq. *de Subst. p. 1. cap. 13. n. 14.* Intrigliol. *dict. quæst. 45. num. 19.* Porro legatum pertinet hoc casu ad substitutum, quando testator verbis amplis & generalibus substituit v. c. Titium instituto in omnibus & Mevium substituo per omnia, Fulgos. *in L. cum Vir. n. 4. Cod. de fideic. & ibi Ant. a Padilla n. 26.* Intrigl. *dict. quæst. 45. item si prælegatum absorberet maximam partem bonorum.* Peregrin. *de fideicomm. art. 17. num. 7.* Honded. *lib. 1. consf. 71. num. 46.*


In substituzione reci-
proca la-
ret etiam
vulgaris.

§. XXIV. Quod vero hactenus dictum est de substitutione vulgari; eadem valent & de substitutione reciproca, quæ ad compendiosam substitutionem referri solet, ubi scilicet plures instituti, sub una verborum conceptione ac figura, sibi invicem substituuntur hoc modo: Titius, Sempronius, Javolenus heredes sunt, & hos sibi invicem substituo. Menoch. *lib. 4. presunt. 59. num. 2.* Oddo *in Præclud. de Compendios. substit. Part. 6. quæst. 1.* Alex. Trentacinq. *de Substit. cent. 2. qv. 56.* Non vero

vero hæc substitutio reciproca est species substitutionis, sed potius quædam adjectio, Ripa & alii Dd. in *L. Lucius Titius 45. ff. de vulg. & pupill. substit.* Trentac. *l. c. cap. 3.* Gallus *de Except. Success. part. 2. tit. 2. Except. 21. num. 69.* vel ut alii apud Intrigliol. *dict. qu. 58.* expli- cant, reciproca substitutio non est species substitutio- nis quo ad effectum, sed quo ad formam.

§. XXV. Continetur autem vulgaris in recipro- ^{Alterius} *L. jam hoc jure 4. ff. de vulg. & pupill. substit.* Nam, ^{hoc illustratur.} si pater duos filios impuberes heredes instituat, eos- que invicem substituat, in utrumque casum recipro- cam substitutionem factam videri, Divus Pius consti- tuit in *d. L. 4. §. 1.* sed si alter pubes, alter impubes, hoc communi verbo, *eosque invicem substituo*, sibi fuerint sub- stituti, in vulgarem tantummodo casum factam videri substitutionem, ibidem dispositum deprehenditur. Non procedit autem vulgaris substitutio, quando illa facta est pluribus, quorum unus esset exheredatus. In- trigliol. *de Substit. cent. 2. qu. 73.* Alex. Trentacinq. *de substit. p. 5. cap. 7. num. 1.* Menoch. *lib. 4. præf. 60.* Ratio est, quia substitutio vulgaris est conditionalis institu- tio, Dd. in *Rubr. ff. de vulg. subst.* fit enim sub conditione, si heres non erit. Hæc vero non potest verificari in exheredato, quia de præsentem certum est, eum here- dem fieri non posse. Ripa in *d. L. Lucius 45. n. 32.* Reci- proca etiam substitutio non comprehendit vulgarem, ^{Quod secus} si in Codicillis facta est, nam tunc demum in fideicom- ^{si in Codicillis facta est.} missariam sive obliquam substitutionem flectitur. ^{est.} Valsqv. *de success. progress. lib. 2. §. 19. n. 16.* Mantic. *de con- ject. ultim. vol. lib. 7. tit. 4. n. 8.* Quippe directa substitu- tio in Codicillis fieri non potest. *L. hereditatem. Cod. de Codicill.* Card. de Luca *Theatr. Inst. & Verit. Tract. 11. in*

Append. sive summa Fidejcomm. num. 15. Quando vero pupillarem sub se complectatur, nunc plenius excutere animus est in subsequente capite.



CAP. II.

De SUBSTITUTIONE PUPILLARI.

§. I.

*Substitutio
nis pupilla
ris oritur ex
quitas*



Substitutio pupillaris, ex summa æquitate, introducta. Nam ut recte judicat Sacratiff. noster Imperator *in proem. in fin. Inst. de Pupill. Substit.* moribus (laude dignis) institutum est, ut, cum ejus ætatis filii sint, in qua ipsi sibi testamentum facere non possunt, parentes eis faciant. Quibus itaque verbis pupillaris substitutio peragi debeat, plenius tradidit idem Imp. *in §. 2. Inst. de pupill. substit.* Nimirum duo hic quodammodo sunt testamenta: alterum patris, alterum filii, tanquam si ipse filius sibi heredem instituisset: certe unum est testamentum duarum causarum i. e. duarum hereditatum. conf. etiam Odd. *in Prælod. Compend. substit. p. 3. qv. 3.* Intrigliol. *de subst. t. Cent. 1. qv. 59.* Crassus *in §. substitutio qv. 18.* Alex. Trentacinq. *de subst. p. 2. c. 1. n. 1.* Did. Spin. *sa Carcer. in spec. testam. tit. de pupill. num. 1.*

*Cautela
generalis
circa sub
stitut. pu
pill.*

§. II. Quapropter caveat pater filio impuberi substitutus, ne de sola filii successione disponat, sed primo sibi condat testamentum, & post demum filio substituatur. Est enim substitutio pupillaris pars & sequela testamenti paterni. *L. primam §. 2. & 4. ff. b. tit.* Quid autem *sex intervallo pater, postquam jam sibi testamentum fecit, etiam filio impuberi substituit?* Equidem am-
pla

pla hic nasci posset disceptatio, ni jam in *L. 16. §. 1. ff. de subst. vulg. & pupill.* dispositum esset, quod substitutio pupillaris licet ex intervallo facta, adhuc reputetur pro sequela testamenti paterni. add. *Intrigliol. Cent. 1. qv. 61. n. 12. & qv. 74. Paul. Æmil. Gallus de Except. p. 2. tit. 4. exc. 19. n. 90.* Cautus tamen fit hoc casu testator si scilicet ex intervallo facienda substitutio, ne pauciores quam quinque testes adhibeat. Quamvis enim alias Codicillis heres nec institui, nec substitui possit, ceu supra *c. 1. §. 3.* est expositum; fallit tamen hoc in Codicillis post testamentum conditis, utpote qui valorem ex testamento capiunt. Quodsi ergo requisita Codicilli plane deficiunt, non potest substitutio pro parte testamenti reputari

*Cautela
in substit.
& xinter-
vallo*

§. III. Quamvis autem allatum modo sit, quod Pater sibi & filio testamentum condat; hoc tamen non eo sensu accipiendum est, ac si vel necessario filium deberet instituire in hereditate, aut saltem in legitima, ac postea demum ipsi alium substituere; sed potest etiam pater jure suæ potestatis patriæ substituere filio impuberi exheredato in suo testamento, ubi tunc substitutus in bonis maternis & aliis eveniente casu succedit. *S. 4. Instit. de vulg. & pupill. substit. Polit. de pupill. subst. n. 187. Grassus in §. substitutio p. 20. n. 3. Trentacing. de subst. p. 2. c. 14. Intrigl. Cent. 1. qv. 78. n. 14.* Supponendum tamen hoc casu est, quod exheredatio legitime sit facta a patre, nimirum juxta normam in *Novella us. c. 3.* præscriptam, cum quibus causis exheredationis ita comparatum est, ut pauca possint committi in illa ætate, ubi substitutio vires suas exerit

*Paterpo-
testetiam
exheredato
substituere
pupillari-
ter.*

§. IV. Possunt vero omnes qui patria potestate gaudent liberis suis impuberibus ita substituere regulariter

*An Schif-
matici &*

Dico

Hæretici pupillariter substituere possint? Dico regulariter. Nam potest interdum hæc potestas ipsi adimi per leges. Sic quærunť Dd. *an Schismaticus & Hæreticus pupillariter possit substituere?* Negant, hoc Jason *in L. 2. num. 19. ff. de vulg. & pupill. subst.* & ibi Ripa *num. 21.* Ascan. Clemens *de Patr. potest. effect. 15. n. 23.* Petrus Gregorius, vulgo Thololanus, *Syntagm. Jur. Civil. Part. 3. lib. 42. cap. 22. num. 34.* Intrigliol. *de Substit. Cent. 1. quest. 66. n. 27.* Polit. *de Pupill. Substit. num. 27.* Vinc. Fusar. *de fideicom. subst. qv. 120. & 121.* Nituntur vero circa dubium hi Doctores Authenticæ *Credentes. Cod. de Hæretic. tum & Auth. Gazaros. Cod. dict. tit. ubi Hæreticorum bona fisco adjudicantur, & illi inhabiles ad testandum declarantur.* Quod idem jure Canonico probari patet ex *Cap. Excommunicatus. §. Credentes X. de Hæret. conf. Ricciullus Tr. de Jure Person. extra Eccles. gremium constit. lib. 5. cap. 28.* Verum cum hi autores ex principiis suis scripserint, & adeo a nostris foris, quo ad tales materias, merito exulare debeant; inquirendum potius erit, quatenus hæc decisio ad nostra fora quadret. Nimirum in præsentī non quæstio versatur quis hæreticus theologice sit, & in sentu S. scripturæ; sed quis hæreticus sit politice, ita ut in aliqua Provincia tolerari non debeat. Cum vero per *Instr. Pac. Westphal, art. 7. in fin.* non præcise singularum personarum, Sectæ v, c. Socinianæ aut Mennonisticæ addictarum tolerantia sit sublata, vid. Dn. Præf. *in Diss. de Prohib. Testar. §. 61.* Sequitur exinde, quod testamenti factione & inde pendente substitutione pupillari privandi non sint Hæretici & Schismatici.

An Judæi illi possint pupillariter substituere? §. V. De Judæis itidem quæstionem movent, *an possint pu* Quod perinde affirmandum est non solum de illis Judæis, qui in specialem

lem, Principis tutelam recepti sunt, & propterea die
Schug. Juden vocantur, jurisque Civitatis participes
 facti sunt; sed etiam de illis, qui per terras nostras tran-
 seundo in morbum incidunt, testamentum condunt,
 & liberis suis substituunt. Nam illi condunt testamen-
 tum jure peregrinorum ipsis etiam generali nomine
 indulto ab Imperatore Friderico in *Auth. Omnes peregrini.*
Cod. Commun. de successione. Alia vero quaestio est; an *Judæi*
 possint Filiis suis *Baptizatis pupillariter substituere?* Negant
 hoc *Jafon* in *L. 2. ff. de Vulg. num. 19.* *Surdus de Aliment.*
tit. 1. qu. 8. n. 5. *Leon. de Pupill. subst. num. 112.* *Petr. Gre-*
gor. Part. 3. Syntag. Jur. lib. 42. c. 22. num. 25. *Ascan. Cle-*
ment. de Patr. Potestat. effect. 17. num. 7. Verum non
 apparet idonea ratio hujus asserti, & præterea casus raro
 dabilis erit, quia *Judæorum* liberi vi apud nos
 ad baptismum non amplius rapiuntur, uti interdum
 apud Pontificios contigisse legimus, sponte vero in-
 tam tenera ætate pubertatis vix avitam suam religio-
 nem relinquunt.

S. VI. Cæterum cum substitutio pupillaris sit effe-
 ctus potestatis Patriæ, exinde sponte fluit, quod ma-
 tri non competat potestas liberis pupillariter substitu-
 endi, *Craff. in §. substitutio. qu. 23. n. 3.* *Alex. Trentac. de subst.*
p. 2. c. 10. *Vivius Comm. opin. concl. 864.* *Leon. de Pupill.*
subst. n. 105. & 101. cujus rei præjudicia extant etiam apud
Carpzovium Jurispr. For. p. 3. Const. 8. Def. 6. Interim tam-
 en negari non potest, quod statutis nonnullorum lo-
 corum potestas laxior hac in re matribus soleat concedi.
A. Gerhard. Diss. de Testam. 4. th. 46. Huc pertinet Re-
 formatio *Polit. Reipubl. Francof. ubi Part. 4. Tit. 4. §. 4.*
 s. Matri etiam conceditur potestas substituendi, sed re-

*Quid juris
 circa eo-
 rum filios
 Baptizatos*

*Mater non
 potest pu-
 pillariter
 substituere*

*Consuetu-
 dine loco
 stricti-*

D

*nullorum,
hoc est con
ceditur
Cautela
ut mater
possit pu
pill substi
tuere.*

strictive, scilicet in bonis in quibus illa pupillos suos, heredes instituit. In illis itaque locis ubi Jus Civile viget, matri solet illa Cautela suppeditari, si pupillariter velit substituere, ut suæ substitutioni pupillari adjiciendam curet Clausulam codicillarem, ut pote quæ directam substitutionem, quæ hoc casu viribus destituitur, mutat in fidei commissariam. Vid. Carpzov. *dict. part. 3. Const. 8, Desin. 17.* Clausula enim codicillaris operatur, ut si testamentum, vel substitutio in illa non possit valere, trahatur tamen illa ad vim fideicommissi. Aloyf. Ricc. *Collect. Decis. 1186. n. 5.* Ant. a Gamma *Decis. Lusit. 136. num. 3.* Mantic. *de Conj. ultim. vol. lib. 1. tit. 9. n. 5.* Menchac. *de success. progress. lib. 2. §. 18. n. 82.* Præt. *de Interpr. ult. vol. f. 100. n. 38.*

*Mater filio
vulgariter
potest sub
stituere.*

§. VII. Sic etiam illa potestas matri non est deneganda, quod possit filio impuberi substituere vulgariter heredem. Et de hoc casu intelligenda est *Lex 33. ff. de Vulg. & Pupill. subst.* Nam in hac lege quidem mentio fit *pupillarium tabularum*, sed ratione institutionis, non vero ratione substitutionis. Mater enim filium impuberem instituerat heredem in d. L. & postea ei substituere vulgariter, quod patet ex formula: *si sibi heres non erit.* add. Hug. Donell. *Comm. Jur. Civ. lib. 6. cap. 26. & ibi Hilliger. lit. F.* Berlich. *Decis. iii. Colleg. Jurid. Argentor. tb. 16. n. 1.* Itaque mater si ultra vulgarem modum velit substituere pupillariter, cauta sit in adjicienda clausula Codicillari. Quod si, enim ultra pubertatē substitutionem valere cupiat, non potest aliter fieri, quam per modum fideicommissi. Sed hoc casu Filius fideicommissi gravatus, vi famosorum Capitul. Raynutius & Raynuldus. 16. 17. X. *de Testam.* consequitur facultatem detrahendi legitimam, quippe quæ sine onere relinquenda est, ut & Trebelliani cam, uti fufius hoc deductū est

*Remedi
um, ut sub
stitutio va
leat ultra
puberta
tem.*

est in *Diff. de Gravam. Legitima nuper sub. Dn. Pres. hab. cap. 2. §. 18. sequ.* Cauta igitur etiam hoc casu sit mater, ut si bene cupiat heredi fideicommissario, Trebellianicæ deductionem expresse prohibeat, quod fieri posse, supra *Cap. 1. §. 19.* allatum est. Interim hæc substitutio materna ultra bona a matre profecta non extendenda est. Vincent. Fusar. *de fideicommiss. substit. quest. 118. num. 31. restringen*
 Intrigliol. *de substit. Cent. 1. quest. 66. num. 21.* Quod & in da tamen
 paterna substitutione, quoties illa jure fideicommissi est, ad bo
 tantum sustinetur, verum esse existimo, idem etiam si na ma
 pater filio emancipato substituere velit. Quantum e terna.
 nim ad emancipatum, patris & matris æquale jus est.

§. VIII. A parentibus pupillariter substituendis Libris o
 transeundum nunc est ad liberos, quibus substituitur. mnis gene
 Quod si itaque substitutio pupillaris debeat effectus su ris pupilla
 os fortiri, requiritur, ut fiat liberis testatoris in riter substi
 potestate constitutis, Leon. *tr. de Pupill. subst. num. tuitur.*
 61. seq. Vasqu. *de success. progress. lib. 2. §. 14.* Trentac. *de substitut. p. 2. c. 7.* Nihil autem refert, an na
 ti jam sint, an nascituri. Fumeus *de pupill. substit. n. 41.*
 Intrigliol. *de substit. Cent. 1. qv. 62.* Oddo *de substit. Com-* quid si poss
pend. pralud. part. 3. qv. 4. Trentac. *dict. Cap. 7.* Oritur ve bum sub
 ro inde quæstio ventilatione digna, si posthumo quis stituitur
 substitutus sit, & postea nullus posthumus nascatur, an nullo posthu
 admittatur substitutus? Sane hanc quæstionem in mo na
 Republ. Romana inter gravissimos Jctos, L. Cras- scence?
 sum & Q. Mutium Scævola, in utramque partem,
 ventilatam esse, testatur Cicero *lib. 1. §. 2. de Orat.* Quo
 rum ille successioni locum dabat, & secundum illius
 opinionem contra Q. Mutium Scævola pronuncia
 tum esse, idem Cicero ibidem innuit. Quæ sententia
 etiam postea apud interpretes juris applausum inve
 nit

nit. Mantic. de Conject. ult. vol. lib. II. tit. 6. Menoch. lib. 4. praf. 64. num. 2. M. Ant. Peregrin. de fideicommiss. art. 15. num. 16. Andr. Fachin. Controv. Jur. lib. 4. cap. 46. Surdus dec. 37. num. 27. Trentacinq. de substit. p. 1. c. 10. in f. Oddo de compend. substit. tit. p. 6. qu. 1. art. 1. n. 2. Const. Roger. tr. de substit. tit. 94. num. 37. Bertrand. lib. 3. cons. 174. num. 3. Cujus assertio ratio laet itidem in praesumpta voluntate testatoris, quia verosimillimum est, quod si cogitasset de ventre non nato, etiam tunc substituitur, fuisset, ob affectionem demonstratam jam erga substitutum. add. L. Titius. §. Lucius ff. de liber. & posth. §. L. fin. Cod. de posthum. hered. Instit. Verum cum & contraria sententia suos habeat sectatores, qui contendunt, quod hoc casu, ventre non nato, sive posthumo postea non edico, substitutus hereditatem non accipiat, vid. Cephalus Cons. 649. Fulgos. Cons. 49. Angel. Cons. 95. Alciat. lib. 9. respons. 144. num. 23. Socin. jun. lib. 2. Cons. 169. n. 5. Rebuff. Cons. 182. num. 40. & hanc plane pro communi sententia venditare non dubitent Menoch. Cons. 532. num. Odd. Cons. 56. n. 19. Peregrin. lib. 2. Cons. 55. Honded. lib. 2. Cons. 49. n. 63. sequ. caurus sit testator substituens posthumo, ut si bene cupiat substituto, & praescindere velit ansam disputationum forensium, ut clare exprimat substitutionem etiam locum habere, debere, si vel maxime posthumus non nascatur, add. Trentacinq. de substit. p. 1. c. 10. in fin. §. p. 4. cap. 14. num. 3.

Remed. ad
praeven-
tas lites cla-
re volunta-
ria expres-
sio

An & ne
potibus pos-
sit pupilla-
riter substi-
tui?

§. IX. Non solum autem liberis primi gradus potest substitui pupillariter; sed etiam ulteriorum graduum, uti nepotibus ab Avo, Leon. de pupill. subst. n. 63. Ascan. Clem. de Patr. potest. effect. 15. num. 24. In-
trigliol. de substit. cent. 1. qu. 62. Zas. de pupill. subst. cap. 2.

n. 7. Vasqv. *de success. progress. lib. 2. §. 14. num. 90.* Oddo in Præclud. *de Compend. subst. part. 3. qv. 4.* Ubi tamen præsupponi simul debet, quod illi, quibus substituitur vi patriæ potestatis, non recidant post mortem testatoris in alterius potestatem, Grass. *in §. substitutio qv. 23. num. 8.* Trentacinq. *de subst. part. 2. c. 11.* Gallus *de Except. success. Part. 2. tit. 4. Exc. 19. num. 115.* Const. Roger. *de pupill. subst. §. 2. num. 20.* Idem dicendum est de adoptivis liberis, Ripa *in L. 2. ff. de vulg. & pupill. subst. c. 2. n. 7.* Zas. *de pupill. subst. c. 2. n. 7.* Quod tamen limicant, quando adoptivi non transfirent in potestatem patris, Leon. *de pup. subst. n. 74.* Asc. Clem. *de Patr. pot. effect. 15. n. 17.* Grassus *in §. substitutio qx. 21. n. 3.* Trentacinq. *de subst. p. 2. cap. 7. Intrigliol. Cent. 1. qv. 62. uum. 3.*

§: X. Legitimatibus liberis, sive per subsequens matrimonium, sive per rescriptum Principis, cum tran-
 feant eo ipso in patriam potestatem, pater substituere potest. *Mantic. de Conject. ult. vol. lib. 5. tit. 9. n. 4.* Clement. *de Viribus patr. potest. effect. 15. n. 5.* Sim. *de Præcis de interpr. ult. vol. fol. 245. num. 3.* Oddo *de compend. subst. præclud. part. 3. qv. est. 4. reqv. 3.* M. Ant. Peregrin. *lib. 2. conf. 68. num. 8.* etiam si essent legitimati post testamentum patris, & ejus mortem, patris tamen precibus & & consensu; secus vero si sine ejus consensu fuissent legitimati, Vasqv. *success. progress. §. 14. num. 76.* Crassus *in §. substitutio qv. 23. num. 6.* Vivius *commun. opin. conclus. 83.* Roland. a Vallè *lib. 3. conf. 22. n. 20.* Ceterum cum & hic non desint, qui in contrariam sententiam inclinant, cum Corasio *in L. in testamento. Cod. de impub. & al. subst. n. 12.* cautus sit testator substituens in hunc casum, ut liberos se vivo curet legitimari, add. Trentacinq. *all. tr. Part. 2. cap. 9. num. 4.* Tiber. Decian. *conf. 175.* Flam. Parisius *lib. 2. consil. 10.*

An etiam
 liberis legi-
 timatis

*A substitui
naturalis?*

§. XI. An autem pater possit filio legitimo substituere filium naturalem; non incommode hic quaeri potest Affirmantes fundant se in *L. Lucius Titius 45. ff. de vulg. & pupill. subst.* & ibi Dd. Bartol. Baldus, Ripa num. 28. add. Vasqv. *de Success. progress.* §. 14. num. 3. *vers. quo ad tertium.* Menoch. *de praesumpt. lib. 4. praesumpt. 48. num. 9. & lib. 11. consil. 1065.* Interim tamen contrariam sententiam defendit Sim. de Præt. *de interpret. ult. vol. f. 315. n. 32.* provocans inter alia ad Dd. in *L. si is qui bonis. ff. de vulgar. & pupill. substit.* Quamvis vero ad conciliationem discrepantium opinionum dici queat, quod tunc non possit substituere filio legitimo impuberi, si alii legitimi fratres adsunt, uti restringenda est Præti, & qui cum eo faciunt, sententia; attamen cautius hoc casu incedit pater substituens, si clausulam codicillarem huic substitutioni annectat, nam tunc ad minimum jure fideicommissi valebit substitutio, conf. Cardin. Palæott. *tr. de noth. & spur. cap. 43. n. 8.* Menoch. *lib. 4. praes. 48. n. 9.*

*In substitu
tione pu
pillari late
t tacita vul
garis &
v. v.*

§. XII. Perspectis itaque personis in substitutione pupillari necessariis; nunc quo ad modum substitutionis pupillaris, ejusque formularum, notandum venit, quod quemadmodum sub vulgari institutione filio facta, latet pupillaris tacita, ex. gr. *si filius heres non erit, Mevius heres esto*: sub hoc etiam intelligitur substitutio in casum, *si filius intra pubertatem decesserit, Mevius heres esto.* ita vicissim, sub pupillari substitutione expressa latet & continetur tacita vulgaris. *Zaf. de substit. pupill. num. 18.* Vasqv. *de success. progress. lib. 2. §. 15. num. 6.* Mantic. *de conject. ultim. volunt. lib. 5. tit. 3.* Menoch. *lib. 4. praes. 43.* Alex. Trentacinq. *de substit. p. 1. c. 1. num. 9.* Intrigiol. *de subst. Cent. 1. qv. 16. & 88.* Quod procedit etiam

etiam in substitutione pupillari inutiliter facta, v. c. a matre, vel a patre puberi filio, vel emancipato, vel extraneo. Soarez in *addit. ad Gomez. tom. 1. ult. vol. cap. 4. num. 22.* Vasqu. de *Sucess. progress. lib. 2. §. 14. num. 60.* Sim. de *Præct. de interpr. ultim. vol. fol. 246. n. 15.* *Quomodo* Oddo de *compendios. substit. in prælud. p. 2. qu. 6.* Igitur *caute testa* si Pater substituens fieri nolit, ut sub vulgari expressor *substiti* fa tacita pupillaris; & sub expressa pupillari, tacita *tuens bos* vulgaris contineatur; provide & caute hoc casu a *casus sepa* get, si alterum casum excluserit, & substitutum ab *rari possit* eo removerit. Conf. *L. 4. ff. de vulg. & pupill. substit. & ibi Dd.* Non vero necessum est, ut hæc exclusio vulgaris substitutionis fiat in testamento, sed sufficere poterit, si etiam alibi coram testibus contrariam voluntatem declaraverit. Ubi præcise VII. testium prærio *separa* sentia, uti nonnulli contendunt, haud opus esse vide *rio debat* tur, quia hic dubia mens testatoris saltem declaratur, *eri in testa* nihil vero novi statuitur. Hinc recte existimat Card. *mento* de Mantic. de *Conject. ultim. volunt. L. 5. tit. 14. num. 9.* seq. quod duo testes hic sufficiant.

§. XIII. Ulterius vero ventilationem meretur, *an sub* substitutio compendiosa a Pagano verbis directis facta conti *An sub* neat pupillarem? Quam propter c. si pater. De Testam. *compen* in 6. tum & L. Centurio is. ff. de vulg. & pupill. substit. affir *diosa dire* mant Dd. vid. Mantic. de *Conject. ult. vol. lib. 5. tit. 7. etis ver* n. 12. Peregrin. de *fideicom. art. 33. num. 21.* Paul. *bis lateat* Æmil. Gallus *part. 2. de Except. success. tit. 4. exc. 22. num. 46.* pupillaris
Oddo de *substit. Compend. Part. 5. qu. 3 art. 1. num. 2.* Tren *tacinqu. de substit. part. 4. cap. 2. num. 4.* Nec obstat, si substitutio facta sit sub conditione, si sine liberis dece *ferit*, quia adhuc suo tempore continetur pupillaris. Bart. & Bald. in *dict. L. Centurio. ff. de vulg. substit. num. 17.*

Leon

Leon. de Compendios. substit. num. 432. Grassus in §. substitutio quæst. 71. num. 3. Vafqv. de success. progress. lib. 2. §. 18. num. 75. Peregrin. de fideicommiss. art. 34. n. 60. Trentacinq. de substit. p. 4. c. 9. n. 23. Quæ sententia ex alleg. L. Centurio 15. ff. de vulg. & pup. substit. probatur, quia in hac facta erat substitutio compendiosa pupillo sub conditione: si sine liberis: & dicitur intra tempora pu-

Cautio ad hiberna ad præca vendas li- tes ob dis- sensum Dd. pillaris ætatis continere pupillarem. Cum vero & hic dissentientes in non spernenda copia ad sint, quitali casu substitutionem pupillarem non velint agnoscere, sed contendant, semper fideicommissariam tunc subintendi, vid. AZO in rubr. Cod. de impub. & aliis substit. n. 14. Salicetus in dict. L. Centurio. Corn. num. 1. cons. 173. Rol. de compend. subst. num. 24. provide certe aget testator substituens pupillariter, si fideicommissariam substitutionem declinari velit, ut absteineat conditione: si sine liberis.

Compendiosa ver- bis com- munibus an conti- neat pu- pillarem? §. XIV. Nec minus ex celebrioribus inter Dd. ventilatis quæstionibus est, si substitutio compendiosa communibus verbis a pagano facta sit, an contineat sub se pupillarem? Affirmant hoc Dd. in L. precibus penult. Cod. de impub. & al. subst. & hanc communem opinionem esse, testatur Oddo de compend. substit. p. 5. qv. 3. num. 32. Menoch. lib. 4. præsumpt. 54. Peregrin. de fideicommiss. art. 34. num. 24. Rota Romana apud Farinac. dec. 639. num. 5. Vafqv. de success. progress. lib. 2. §. 18. num. 61. Alex. Trentacinq. de substitui. part. 4. cap. 11. Gallus p. 2. de Except. success. tit. 4. exc. 22. num. 89 Nituntur vero hi dict. L. penult. Cod. de Impub. & al. substit. Præterea compendiosa substitutio variatur secundum temporis cursum. Nam non adita hereditate est vulgaris, adita vero hereditate, intra pupillarem ætatem est pupillaris, postea fidei-
com-

commissaria. Bart. & Dd. in L. Centurio 15. ff. de Vulg. & pupill. substit. Nam verbum respiciens unam personam, variat, sicuti variatur illius personæ qualitas, L. pater Severinam 101. §. conditionum ff. 2. de condit. & dem. Accedit, quod in dubio semper optimum consilium pro filio præsumatur eligisse pater L. nec in ea 22. §. f. ff. ad L. Jul. de Adult. jam vero favorabilior est filio substitutio pupillaris, quia per eam ipse habet heredem, Dd. in L. 2. ff. de vulg. & pupill. ergo præsumendum est potius, filio voluisse consulere, non autem gravare, quod contingeret tamen, si sola fideicommissaria substitutio hoc casu intelligatur, nam fideicommissum est onus, conf. Diss. III. Dn. Præf. Præceptoris mei in æternum colendi de Gravam. Legitime c. 2. §. 15.

§. XV. Quanquam vero hæ rationes soliditate *Constitutus* sua non destitutæ videantur, nec audeat consulendo *circum hanc* & judicando ab ea recedere Vinc. Fufar. de fideicommiss. *quest.* substit. *quest.* 241. Nihilominus tamen nec minor numerus dissentientiū apparet, contententium, quod hæc substitutio sit omni tempore fideicommissaria; quam sententiam propugnant *Gloss. in L. precibus. verbo: directam. Cod. de inoff. testam.* Oldrad. *Consil.* 99. Bartol. *lib.* 1. *cons.* 142. num. Decius *lib.* 2. *cons.* 82. num. 9. sequi. Natta *in addit. ad Alexandr. lib.* 3. *cons.* 17. ubi communem hanc esse opinionem cum reliquis contendit. Unde satis *Provide his* patet, provide semet gerere hoc casu patrem substitu- *formulis ab* entem debere, si velit pupillarem substitutionem, *sinet testa* quod potest fieri, si paganus substituatur compendiose, *tor substi* communibus verbis, & pupillaris ætatis expresse mentionem injiciat, Peregrin. de fideicommiss. *art.* 34. num. 21. Rota Roman. *in Collect.* per Farinac. *part.* 2. *Dec.* 431. *n.* 4. seq. aut, ut apponat clausulam: *vulgariter, pupillari et § per fideicommissum.* Thesaur. *dec.* 20. n. 3.

E

§. XVI.

*Mater per
substit. pu
pill. exclu-
ditur.*

*etiam a pe
tenda legi
tima*

§. XVI. Ratione effectus pupillaris substitutionis, ille ex insignioribus est, quod pupillariter substitutus casu eveniente, omnibus agnatis, imo matri præferatur, *L. Papinianus. §. 5. ff. de inoff. testam. L. Precibus. 8. Cod. Impub. & al. substit. Peregrin. lib. 2. consl. 32. Paul. Æmil. Gall. de Except. success. part. 1. tit. 4. exc. 19. Card. Mant. de Conject. ult. vol. lib. 5. tit. 8. num. 12. Trentac. de substit. part. 2. cap. 16. Hieronym. de Cævall Spec. commun. Opin. contr. commun. quest. 70. Magon. Decis. Flor. 144. num. 21. pari ratione reliqui ascendentes pupilli hoc casu excluduntur. Dd. in L. 2. ff. de vulg. & pupill. subst. ad eo, ut nec matri hoc casu jus legitimam petendi salvum sit, Vasqu. de success. progress. lib. 2. §. 11. n. 24. Fachin. lib. 4. Controvers. Jur. cap. 42, Leon. de pupill. substit. num. 236. Franc. a Pont. Cons. 61. n. 68. Riminald. jun. cons. 746. num. 1. sequ. Thesaur. Dec. Pedemont. 200. num. 8. Fr. Vivius. lib. 2. decis. 397. n. 14. Rota Rom. in collect. per Farin. decis. 639. Maritus enim conditi jure patriæ potestatis testamentum. Maritus vero uxori legitimam relinquere haud obstrictus est Grassus in §. substitutio. qu. 30. n. 2. Mantic. de Conject. ultim. vol. lib. 5. tit. 11. num. 14. Gallus de except. success. part. 2. tit. 14. exc. 19. num. 21. Cavalcan. part. 3. dec. 20. num. 18. f. Adeo ut non solum in foro externo, sed etiam in foro conscientie matri legitimam non relinqui debere, contendant Trentacinq. de substit. part. 2. c. 16. num. 5. Menoch. lib. 1. præf. 80. num. 38. & lib. 4. præf. 38. num. 31. Fachin. Controv. Jur. lib. 4. cap. 42. Soarez. in addit. ad Rod. Gomez. cap. 4. n. 24. Leon. de pupill. subst. num. 238.*

*Dissent.
Dd. ratio-
nes.*

§. XVII. Utut autem per dispositionem Imperatoris in *Novella 115. cap. 4.* legitima matri a filio auferri haud possit, & hoc intuitu haud pauci illud hodie mutatum esse contendant, vid. Finckelthuf. *observ. pract. 29*

Rich-

Richter. p. 1. dec. 145. Contraria tamen sententia ve-
rior est, quod ne hodie in substitutione pupillari legi-
tima matris attendatur, quia filius non condit testa-
mentum, sed pater, huic vero nulla incumbit necessi-
tas legitimam relinquendi. conf. B. Carpz. part. 2. const.
8. def. 1. Interim in Saxonia Electorali aliud receptum *Quomodo*
esse, asserit idem l. c. def. 3. quod ad Aviam quoque *in praxi*
extensum est, vi Dec. *Electoralis* 47. Extra Saxoniam vero, *observetur.*
non præcise sequuntur Foraljus civile, sed ob æquita-
tatem recepta est dispositio juris Canonici, in *Cap. 1. de*
Testam. in 6. ut mater quidem per substitutionem pu-
pillarem expressam, non vero per tacitam, in vulgari
substitutione latentem, excludatur a legitima. Cautus
itaque sit pater, si cupiat excludere matrem a legiti-
ma, & totam hereditatem derivare in substitutum, ut
non contentus sit substitutione vulgari pupillo facta,
sed potius adhibeat pupillarem expressam. Hoc etiam
præterea est observandum, licet communiter negli-
gatur, quod exclusio matris per substitutionem a legi-
tima, non extendenda sit ad portionem statutariam.
Hanc enim non ex filii, sed mariti bonis petere potest,
illamque maritus nulla unquam substitutione evertet,
aut etiam minuere, valet.

§. XVIII. Disceptatione porro dignum est, an fra-
ter pupilli excludatur per tacitam pupillarem, in vulgari ex-
pressa contentam. Afferunt hoc Bart. Ripa & alii Dd *An frater*
in L. 2. ff. de vulg. & pupill. subst. & communem esse hanc *excludatur*
pupill. *p. tacitam*
opinionem, fidem faciunt Vasqv. de success. progress. §.
16. in f. Mantie. de conject. ultim. vol. lib. 5. tit. 14. num. 22.
Alex. Trentacinq. de subst. part. 1. cap. 12. num. 10. In-
trigliol. de subst. Cent. 1. qv. 96. Quæ opinio maxime
procedere posset in fratre, ex matris tantum latere,
E 2 *conjun-*

conjuncto five uterino. Bart. *ad dict.* L. 2. Intrigliol. *dict.* qv. 96. Trentacinq. *dict.* cap. 15. num. 12. Quodsi vero frater fuit datus coheres pupillo, tunc per tacitam pupillarem non erit exclusus. Alex. *ad dict.* L. 2. ff. *de vulg. & pupill. subst.* num. 32. Vasqv. *alleg. tr.* § 10. *in f.* idem procederet, si substitutio vulgaris in favorem, fratris utrinque conjuncti, vel ex parte patris tantum, facta fuit, & pater ei plura legavit, nec voluit eum oneribus hereditariis implicare, quia tunc frater non excluditur per tacitam pupillarem. Trentacinq. *alleg. tr. c. 12. num. 11.* Mantic. *de conject. ult. vol. tit. 34. n. 22.*

§. XIX. Alter effectus substitutionis pupillaris est, ut casu eveniente, substitutus succedat in bona tam patris, quam pupilli, *L. sed si plures 10. §. ad substitutos 5. ff. de vulg. & pupill. subst.* Vasqv. *de success. progress.* §. 15. n. 18. Peregrin. *de fideicomm. art. 7. n. 9.* Paul. Æmil. Gallus *de Except. success. p. 2. tit. 4. exc. 19. num. 18.* Const. Roger. *de subst.* §. 4. qv. 5. num. 14. Graff. *in §. substitutio qv. 29. num. 2.* Menoch. *de presumpt. lib. 5. pref. 43.* Surd. *lib. 1. conf. 48. num. 7.* Ceterum cum variæ species substitutionum sint, & una altera pingvior, disceptari potest, *an etiam substitutus vulgariter ita succedat?* quod affirmandum esse videtur. Aut enim pupillus in pupillari ætate decessit heres non factus; & tunc per expressam vulgarem succederet in bonis testatoris, & per tacitam pupillarem in bonis pupilli: Aut pupillus dividit hereditatem, & in omnibus bonis succedet per tacitam pupillarem. Bartol. & Dd. *in L. 1. ff. de vulg. & pupill. subst.* Cardin. Mantic. *de conject. ultim. vol. lib. 5. tit. art. 7.* Trentac. *de subst. part. 1. cap. 13. n. 1.* Intrigl. *de subst. cent. 1. qv. 44.* Succedit itaque etiam in bonis aliunde filio obvenientibus post testamentum. Honded. *lib. 1. conf.*

substitutus casu eveniente succedit in omnia bona

an etiam vulgariter substitutus pupillo

etiam in bonis alium

conf. 75. n. 34. P. Æmil. Gallus *de except. success. part. 2. de filio ob
tit. 4. except. 19. n. 19.* Licet substitutio esset facta in ^{venientibus}
certa re, quia trahitur ad omnia bona, cum pupillus
non possit decedere pro parte testatus & pro parte in-
testatus, per regulam in *L. Jus nostram 7. ff. de Reg. Jur. Sim.
de Præt. de Interpr. ult. vol. p. 254. n. 40. Far. decis. 509. n. 2. Me-
noch. lib. 4. præf. 48. n. 4. Cavalcan. Part. 3. dec. 20. n. 13.*

§. XX. Quid autem si substitutio pupillaris pluri-
bus facta sit, *an tunc resolvetur in singularitates?* Resp. <sup>an substitutio pupilla-
ria pluribus</sup>
casu diversi hic bene ponderandi sunt; Si substitutio
facta est separatim & singulariter, ut si dixerit testator, <sup>facta resol-
vatur in sin-
gularitates?</sup>
Titium & Sejum impuberes instituo heredes, & si Titius
in pupillari ætate decessit, Cajus heres esto, & Sejus
in pupillari ætate decesserit, Cajum vel Sempro-
nium substituo. Hoc casu ex communi sententia
Dd. substitutio resolvitur in singularitates, ita ut alte-
ro in pupillari ætate mortuo, substitutus admittatur,
non autem utriusque mors in pupillari expectetur.
*L. Heredes mei. 57. §. cum ita 1. ff. ad SC. Trebell. & ibi Dd. ac
in specie Socin. sen. num. 19. Mant. de conject. ultim. vol.
lib. 11. tit. 5. num. 1. Peregrin. de fideicomm. art. 13. num. 5.
Menoch. lib. 4. præf. 186. num. 2.* Alter est casus, quan-
do substitutio est facta distributive, v. c. si testator plu-
res filios impuberes instituit, & postea dixit, &
si quis vestrum, vel si alter vestrum, vel
si quilibet vestrum decesserit in pupillari ætate, Titius
heres esto, & tunc substitutio in singularitates resolvitur.
*Vasqv. de success. creat. §. 25. num. 48. M. A. Peregrin.
d. art. 13. n. 31.* Eadem mens testatoris apparet, quan-
do substitutio est facta alternative, ex. gr. Si Titius
aut Sempronius impubes in pupillari ætate decesserit,
substituo Papinianum. *Vasqv. d. §. 25. num. 49.* Intri-

gliol. de substit. Cent. 3. qv. 8. in 4. in f. Peregrin. dict. artic. 13. num. 32. addat. Vincent. Fusar. de subst. fideicommiss. qv. est. 162. num. 5. seqq.

Novissime
substitutus
pupillariter
quid acqui-
rat?

§. XXI. Quod si autem testator plures filios instituit, & novissimo morienti substituit pupillariter, quaeri posset, an casu eveniente, tam portionem primi mortui quam ultimi, substitutus acquirat? Aff. hoc per L. qui duos. 9. ff. de reb. dub. & ibi Bartol. num. 17. Vasqv. de success. progress. §. 25. num. 70. qui tamen num. 77. hoc limitat, dummodo ultimus successerit ab intestato in totum fratri præmortuo, alias si non successisset ab intestato, substitutus non posset admitti, nisi in portioneque ultimo obvenit, add. Vinc. Fusar. de fideicommiss. subst. quest. 163. idem esset, quando quis substitutus per fideicommissum novissimo morienti, qualicet substitutus non admittatur, nisi post mortem omnium, attamen admittitur ad portionem omnium. Vasqv. de success. progress. dict. §. 25. n. 70. seqq.

an substitu-
tioni pupilla-
ri locus, si
pater & fil-
ius simul
mortui sint

§. XXII. Cum vero pater in hac substitutione pupillari primum sibi condat testamentum, postea vero filio substituatur, anceps inde oritur quaestio, quid juris sit, si postea pater & filius simul sint mortui. Putant Bald. lib. 3. cons. 364. & Mascard. de probat. concl. 1347. n. 5. admittendum esse substitutum; Quam sententiam Fusar. de fideicommiss. subst. quest. 127. admittit, quando moritur simul filius & pater, extraneo substituto, nec superessent mater aut frater pupilli. Si vero hi superessent, cum Trentacinq. de substit. part. 1. cap. 13. num. 3. aliisque substitutorum respuendum esse judicat; aliud dicendum esset, si substitutus esset pupilli frater. Si autem appareat prius mortuum esse pupillum, postea testatorem, pupillaris substitutio tunc expiravit consentientibus

tibus omnibus ferè Dd. Federic. de Sen. *conf.* 266. Bald. de Ubald. *lib.* 5. *consil.* 148. Oldrad. *consil.* 20. & *conf.* 47. Oddo *de compend. substit.* part. 6. *quest.* 1. *art.* 1. *num.* 7.

§. XXIII. Quid autem si substitutio facta duobus ^{Quis dsi} impuberibus ea lege, ut supremo morienti succeda- ^{puberes,} tur, hi vero ambo naufragio vel incendio pereant, ita ^{quorum ul} ut sciri non possit quis prior, quis posterior mortuus ^{timo substi} sit. Sane hoc casu jure civili substitutus ad heredita- ^{tutum est,} tem pervenire non poterit. Nam in *L.* 34. ff. ad Trebell. ^{simul mori} expresse sancitum est, ut, ^{antur} si non ostenderit, quis novissimus esset mortuus, ad partem hereditatis non admitti. Igi- ^{Cautela} tur hoc casu instar cautelæ substituto suggeri potest ^{hoc casu} Jus prætorium. Prætor enim non obstante hac incer- ^{ex jure præ} titudine, bonorum possessionem secundum Tabulas ^{terio.} concedit, per *L.* 11. pr. ff. de Bon. Posses. sec. Tabb. idque nec hodie aliter observandum esse judicat B. Dn. Brun- nem. *Exerc. Justin.* tit. de Bonor. posses. §. 2. add. Dn. Præ- ses *Tr. de success. ab intestat. Diff.* 9. *cap.* 4. §. 46. ubi *subseq.* §. 47. restringit hoc ad utrumque impuberem, & utroque si- mul in impubere ætate mortuo. Si enim unus pubes, alter impubes fuit, etiam de jure civili hereditatem consequi poterit, cum jus præsumat impuberem pri- us decessisse, & puberem postremo mortuum fuisse. *L.* 23. ff. de Reb. dub.

§. XXIV. Cæterum cum pupillaris substitutio a- ^{Cautiones} depra pubertate expiret, §. penult. *Instit. de vulg. substit.* ^{patria cir} *L.* 3. & 7. ff. eod. nisi testator ad brevius tempus re- ^{ca expira} fringere hanc substitutionem voluerit, arg. *L.* Centu- ^{tionem sub} rio. 15. ff. de vulg. & pupill. substit. sequitur exinde, etiam ^{stitutionis} pupillarem tacitam simul hujus temporis lapsu expira- ^{pupillaris.} re, secundum communem Dd. opinionem, approba- tam a Vinc. Fufar. *de subst. fideicommiss. quest.* 62. *num.* 4.

§ 10. cum vero etiam hæc varie in foro disputentur, ob differentium Dd. auctoritatem, Cautele est pro patre testatore, ut si etiam ultra pubertatem filio vulgariter substituere cupiat, hoc specialiter exprimat. Eadem cautio observanda est, si filium cui pupillariter substituerat, emancipare velit. Per emancipationem enim tollitur jus sinitatis, & inde dependens facultas pupillariter substituendi, *argum. L. 41. §. 2. ff. de vulg. & pupill. subst.* Cum ergo simul & vulgaris tacita expiret, illa etiam in casu emancipationis expressis verbis faciendâ, cum certum sit, etiam filio emancipato vulgariter substitui posse. Quod si autem pater pupillarem substitutionem per pubertatem penitus expirare nolit, potest filio substituere usque ad annos 20. aut 25. adjecta clausula codicillari. Hæc enim substitutionem directam flectit in fideicommissariam, ac idem est ac si liberi morientes eo tempore essent rogati, substituto hereditatem illam restituere; verba enim directa obliquantur, Ferrer. *ad Constit. Cathalon. Gloss. 7. num. 135.* Steph. Gratian. *Discept. For. cap. 774. num. 32.* Seraphin. de Seraphin. *de privileg. jurament. privil. 97. num. 4.* Surd. *conf. 232. num. 19. & 23.* Nam trahit secum substitutionem fideicommissariam, quando apparet de voluntate testatoris, Rota Rom. *in collect. per Farinac. part. 2. decis. 134. num. 10.*

Cautele si pater velit ultra pubertatem ex parte de substitutionem.

Quibus modis finiatur pupillaris

§. XXV. Finitur denique substitutio pupillaris capituli pupilli deminutione, si scilicet alteri arrogandum se det, *L. neque ei §. eorum. de Adopt. Paul. Æmil. Gall. de Except. success. tit. 4. exc. 19. num. 112.* Leon. *de pupill. subst. qu. 7. Trentac. de subst. Part. 2. cap. 12. num. 3.* Vasqu. *de success. progress. §. 14. num. 112.* Si vero postea ab arrogatore sit emancipatus, vel aliter ex eius potestate exivit, substitutio pupillaris reviviscit. Vasqu. *dict. §. num. 112.* Sic expi-


expirat etiam substitutio pupillaris de portatione pupilli. Intrioliol. *de substit. Cent. 1. qv. 98 num. 29.* Gallus *alleg. tr. p. 2. exc. 19. num. 112.* Trentacinq. *de subst. part. 2. cap. 19. num. 3.* Odd. *in pralud. de compens. part. 4. qv. 10. vers. 4.* Substitutio item pupillaris cessat, si substitutus sit incapax tempore evenientis casus substitutionis. Bart. & Dd. in *L. pupillari ff. de vulg. & pupill. subst. Zal. de pupill. subst. num. 30.* Trentacinq. *alleg. tr. part. 2. cap. 19. num. 2.* Intrioliol. *de subst. cent. 1. qv. 98. n. 7.*

§. XXVI. Coronidis loco placet adicere elegantem cautelam, quam suppeditat sacratissimus noster Imper. Justinianus illis parentibus, qui justo metu torquentur, ne substitutio pupillaris liberis suis noxia sit, ob insidias vitæ & occultas machinationes a substituto, propter auri sacram famem quandoq; metuendas; suggerit itaque remedium Imperator in §. 3. *Inst. de pupillar. subst.* formidolosis parentibus, quo periculum a liberis avertere possint. Nimirum disponit in illo loco, ut vulgaris quidem substitutio palam fiat, illa vero testamenti pars, qua pupillaris substitutio continetur, proprio lino propriaque cera consignanda est, testamentoque cavendum, ne illa pars ante adeptam pubertatem vivente filio aperiatur. Hoc enim ipso persona substituta ignota manet, & inscia an ipsam testator substituerit, an vero aliam; & per consequens nemini occasio insidias vitæ pupillo fruendi, præberi potest. Ignoti enim nulla cupido est. Ceterum, cum hodie externam illam formam testamentorum, & tabulas lino & ceramunitas non amplius habeamus; loco hujus rei, specialibus codicillis, substitutio pupillaris comprehendi possit testamento tamen confirmandis, ita ut hi pariter ante mortem vel pubertatem filii

Ne substitutio possit esse noxia, Cautela Imp. Justiniani

alia cautela quoad nostrum testandi modum.

non publicentur, in qua dispositione nervus cautelæ latet, quod innuunt verba finalia *dict. §. 3. Inst. de subst. pupill.*



CAP. III.

De

SUBSTITUTIONE EXEMPLARI.

§. I.

*Substitutio
exemplaris
ad imitationem pupillaris inrodu-
ta*



Rdo nunc tangit substitutionem exemplarem, quippe quæ pupillarem proxime sequitur, dum illa quasi exemplar & norma constituta est, ad cujus imitationem sancivit Imperator Justinianus, ut parentibus liceret filiis furiosis & mente captis, etiã pubertatem jam transgressis, alios heredes substituere. §. 1. *Inst. de pupill. subst. add. L. Humanitatis 9. Cod. de Impub. & al. substit.* Unde simul patet, cur hæc species substitutionis *exemplaris, quasi-pupillaris & Justinianeæ* appellari soleat. Dd. *in rubr. ff. de vulg. & pupill. substit.* Jure enim Digestorum & ante-Justiniano substitutio exemplaris precibus specialibus a Principe impetranda erat, ceu patet *ex L. ex Facto 43. ff. de vulg. & pupill. substit.* In specie autem Hugo Donellus *lib. 6. Comm. Jur. Civ. cap. 27. Substitutionem mente capti*; Azo *in Comm. Cod. h. t. Substitutionem mente captam vel furiosam* vocat; Alii *substitutionem utilem* cum Chiffetio *tr. de substit. c. 5.* appellant. Aff cum hi de cetero in re conveniant, & saltem terminis lude-re deprehendantur, circa talia qui curiosi sunt, hos suo sensu abundare lubentissime patimur. Quæ & observanda sunt circa varias definitiones hujus substitutionis exemplaris, quæ a Dd. conglomari solent, cum apud

pud unicum Intrigliolum *tr. de substit. Cent. 2. qv. 1.* illam *decies* definitam invenies, quæ tamen omnes eo collimant, licet quo ad corticem verborum sint diversa, quod liberis mente captis, heredibus institutis, possit ab utroque parente heres substitui. Trentacinq. *de substit. part. 3. c. 1.* Oddo *in Pralud. de Compend. substit. p. 4. qv. 1.* Card. de Luca *Theatr. Iust. & Verit. Tract. 2. summa Fideicommiss. n. 46. §. 11.*

§. II. Non solum vero substitutioni exemplari locus est, si testator expresse se declarat, quod filio, quia mente captus est, ita velit substituere; sed etiam tacite potest illa latere sub expressa substitutione vulgari, Dd. *in l. ex fact. off. de vulg. & pupill. substit. Mant. de conject. ult. volunt. lib. 5. tit. 16. n. 18.* Oddo *in pralud. de compend. part. 4. qv. 1. n. 1.* Gallus *de except. success. p. 2. tit. 4. exc. 20. n. 38.* Quod intelligendum est, si testator tempore facti testamenti, vel etiam mortis, habuerit liberos *fusi. libe* riosos & male sanos, iisdemque substituerit vulgariter *ri tempore* expresse, ac illi postea heredes existentes in eodem *testamen* statu mentis perturbato decesserint ex hac vita. Nam *ti insani* tunc præsumitur, quod etiam hoc casu substitutos voluerit heredes testator, licet vulgariter tantum substituerit, & ita expresse hoc non dixerit, Menoch. *de presunt. lib. 4. pres. 44.* Quid autem si superveniat illa *insania*, & pater vulgariter liberis tantum substituit? Resp. quid si *quamvis* sub vulgari, si liberis facta sit, contineatur & *ror super* lateat pupillaris, ceu fufius supra deductum est, *veniat?* attamen an etiam exemplaris hoc casu contineatur, valde dubium est. Nam non potest fieri, ut substitutio vulgaris, quæ semel expiravit, reviviscat. Paul. *Æmil. Gallus de Except. Success. p. 2. tit. 4. exc. 18. num. 56.* Et huc pertinent verba *L. 83. §. 5. ff. de verb. oblig. casum adversam*

que fortunam spectari hominis liberi, neque civile, neque naturale est. Cautus itaq; fit testator, ut si liberos habeat du-
biae sanitatis, illis in omnem casum substituatur illum cui,
præ aliis hereditatem acquiri cupit.

*Latet ex-
emplaris
sub pupil-
lari ex-
pressa.*

§. III. Perinde etiam substitutio exemplaris con-
tinetur sub pupillari expressa. v. c. *Filius meus si beres
erit, & intra pubertatem deceserit, Ulpianus heres esto*; ubi
si pupillari ætate expirante morbus animi nondum
remisit, incipit ab eo tempore substitutio exemplaris,
ex præsumptivoluntate testatoris, hunc potius quam
alium heredem habere cupientis, Menoch. *lib. 4. præf.*
44. Paul. Æmil. Gallus de Except. success. part. 2. tit. 4. exc.
20, num. 40. Intrigliol. de substit. Cent. 2. quest. 39. Imo posse
etiam hoc modo cum expressione temporis pupillaris,
substitutionem exemplarem fieri, nullum dubium est,
ea vid. Carpz. *Jurispr. for. part. 3, Const. 8. def. 14.* Nam
cum in §. 1. *Inst. de Pupill. subst.* dicatur, quod ipsis substi-
tui hoc modo possit *etsi puberes sint*; multo magis im-
puberibus etiam; nam majus complectitur in se minus,
Sfort. *Odd. de Compend. subst. in prælud. part. 4. qu. 5. add.*
Fufar. de substit. qu. 176. Menoch lib. 4. præsumpt. 44. n. 1.
Quod ramen restringendum puto ad patrem pupillari-
ter substituentem, ubi sub pupillari substitutione
quasi-pupillaris continebitur. Alias generatim dicen-
dum esse existimo, quoties in casu substitutionis expres-
so, vitium subest ratione personæ substituentis; toties
alia species, sub illa contineri nequit. Unde si mater
pupillariter substituerit, non posset exemplaris tacita
comprehendi, nisi clausulam codicillarem simul ad-
jecisset. Carpz. *Part. 3. c. 8. d. 17. add. supra cap. 2. §. 7.* Et hac
ratione intelligendos puto illos Doctores, qui exem-
plarem substitutionem ab extraneo factam, in vim
fidei-

*General.
regula cir-
ca substitu-
tiones ta-
citæ.*

fideicommissi valere existimant. Vid. Vinc. Fufar. *de substit. & fideicommiss. quest 185.* scilicet si accesserit claufula Codicillaris fideicommissum inducens.

§. IV. An sub compendiosa etiam comprehenda-
tur exemplaris; non inutiliter quæri solet. Et conti-
neri illam sub compendiosa facta muto furdo & aliis compedi-
ejusmodi vitiis laborantibus, dummodo adsint reliqua sa exem-
requisita, existimant Menoch. *Conf. 303. num. 16. & lib. 4. plaris.*

presumpt. 45. Sim. de Præt. *de Interpr. ultim. vol. f. 271. n. 23.*
Oddus *de compend. part. 5. qu. 1. art. 3.* Didac. Spin. a Car-
cer. *in spec. testam. tit. de exempl. num. 4.* Interim tamen
hæc non procedunt, quando substitutio est facta per
verba communia in re certa. Ripa in *L. Centurio 15.*
ff. de vulg. substit. num. 153. Alexandr. Trentacinq. *de sub-*
stit. part. 4. cap. 2. num. 18. Intrigliol. *de substit. Cent. 3. qu.*
24. num. 4. Sic etiam tunc locus non esset exemplari, u-
bi conjecturæ fortes adessent, substitutionem illam esse
potius fideicommissariam, quam exemplarem. Me-
noch. *lib. 4. presumpt. 49.* Intrigliol. *de substit. Cent. 2. qu. 2.*
Roll. a Valle. *lib. 4. conf. 68.* Sim. de Præt. *de Interpr. ult.*
vol. f. 258. num. 18. Cephal. *conf. 689.* Cautus itaque sit tes-
tator, ut casus illos distinctis formulis exprimat litium
vitandarum causa.

§. V. An autem exemplaris etiam extendatur de *An exem-*
casu ad casum; valde adhuc controverti solet. Affe- *plaris ex*
runt hoc communiter Dd. in *L. ex facto ff. de vulg. & pupill. tendatur de*
subst. & in specie Ripa ad illam num. 83. dicit esse commu- *casu ad ca-*
nem opinionem. add Menoch. *lib. 4. presumpt. 65. num. 6.* *sum?*
Alexand. Trentac. *de substit. p. 3. c. 2 in f.* Intrigliol. *de*
substit. Cent. 2. qu. 31. Quod admittendum est, si casus
bene discernantur. Fac enim, testatorem ita disposu-
isse: *Filius meus heres esto, & si in furore de cesserit, Favolenus*

ipſi ſubſtitutus eſto. Filius poſt obitum patris redit quidem ad ſanam mentem, ſed alio morbo laborat impediēte ipſum in teſtamenti factiōne actīva, v. c. quod ſit mutus & ſurdus factus, pro prodigo declaratus. §. *item 2. Inſtit. quib. non eſt permiſſ. fac. teſtam.* Sane, licet pater conditionem furoris duntaxat expreſſerit, nihilominus ſubſtitutio illa ad caſum non expreſſum, ſcilicet ſurditatis, prodigalitatis, extendi poterit, Bartol. *ad diſt. L. ex factō num. 28.* Card. de Mantica *de Conject. ult. vol. lib. 5. cap. 16. n. 20.* & optimam hujus deciſionis rationem ſuppeditat Baldus *ad d. L. n. 6.* quoniam teſtator, ſi hunc alterum caſum prævidiſſet, aut de eo cogitaſſet, haud dubie eodem modo diſpoſuiſſet. Add. Intrigliol. *Cent. 1. qu. 31.* Gallus *tr. de Except. ſucceſſ. p. 2. tit. 4. except. 18.*

*Casus ubi
exempla
ris non ex
tenditur
de casu ad
caſum.*

§. VI. Alia vero deciſio amplectenda erit ſi, caſus ita ſingatur: Teſtator habens duos filios, altero impubere, altero pubere exiſtente. Hos inſtituit & reciproce ſubſtituit, ut ſi quis eorum ſuper vixerit, alteri heres exiſteret. Quæritur nunc, an etiam hæc ſubſtitutio ad exemplarem ſive quaſi pupiliarem trahi poſſit, caſu eveniente, ut aliquis fieret ex illis furioſus aut mente captus. Quod negandum eſt, niſi alter probaverit, patrem voluiſſe eum admitti, etiam conditione exemplaris ſubſtitutionis eveniente. Quæ ſententia fundatur a Dd. *in L. in teſtamento. 6. Cod. de Teſtament. milit.* ubi in non diſſimili caſu Imp. Alexander reſcribit: *ſed tibi probandum eſt, an ita frater tuus ſenſerit:* add. Intrigliol. *Cent. 2. de ſubſtit. qu. 24.*

*Pater exem
pariter ſub
ſtituitur, et*

§. VII. Cæterum ratione perſonarum exemplariter ſubſtituentium hic primo occurrit pater, qui filiis ita ſubſtituere poteſt, etiam in teſtamento minus ſolemni inter liberos. Quamvis enim hoc formam ſolemniſſimam

lennis testamenti non habeat, *L. Hac consultissima 21. Si iam minor*
Ex imperfecto. i. Cod. de Testam. Nihilominus tamen quia solenniter
 in hoc liberos potest instituire, & iis substituere poterit. *Carpz. p. 3. Const. 4. def. 10.* in Codicillis vero, ob
 eandem rationem hac potestate non fruitur. Quamvis enim legata & fideicommissa in codicillis fieri possint, heredis tamen institutio directa reprobat. *S. i. Inst. de Codicill.* An autem naturalis pater ita substituere possit; jure civili non adeo clare dispositum est. Nam exemplaris institutio ab Imperatore Justiniano in *L. humanitatis. 9. Cod. de Impub. & al. substit.* aucta fuit in gratiam & favorem parentum, quo indigni videntur, qui liberos ex justo matrimonio haud sustulerunt. Verum in contrarium afferri potest, quod tutorem dare naturalibus impuberibus possit pater, legibus permittentibus. *L. ult. Cod. de confirm. tut.* Præterea est hic idem humanitatis naturalis in liberos respectus, ob quem tamen in dicta *L. 9.* Imperator hoc beneficium indultum voluit. Liberis autem ex damnato coitu natis h. e. incestuosis & similibus pater eorum ita substituere haud valet, nullo favore dignus. *Novell. 89. c. ult. Carpz. Part. 3. const. 18. def. 25. num. fin.*

§. VIII. Mater, licet pupillariter substituere haud Mater exposit, attamen beneficio *L. Humanitatis. 9. Cod. de Im-emplari. pub. & aliis subst.* gaudet hac potestate in quasi pupillariter substitui sive exemplari. *Paul. Emil. Gallus p. 2. de Except. tuit. success. tit. 4. exc. 20. num. 20. Trentac. de subst. part. 3. cap. 3. Sfort. Odd. in preclud. de substit. compendios. qu. 6. Sim. de Præt. de interpr. ult. vol. p. 256. num. 6.* Eadem potest etiam substituere exemplariter spurio, *Gallus l. c. n. 13. Intrigliol. d. qu. 6. num. 5.* dummodo non sit natus ex damnato coitu. *Ripa in L. ex facto ff. de vulg. n. 57.*

Sim.

Sim. de Præt. loc. alleg. fol. 256. num. 10. Trentac. loc. cit. cap. 4. Quid autem, si mater ad secundas nuptias con-
licet no- volavit, an adhuc illa potestate gaudebit? Negant
vas nu- hoc Bartolus, Alexander, Jason & alii Dd. in *L. ex fa-*
nptias i- cto ff. de vulg. subst. Corn. Polit. de subst. exemplari, dub.
neat. 3. qu. 6. Oddo dict. quest. 6. Intrigliol. de subst. Cent. 2. qu. 11.
 Verum contraria sententia, quam amplexi sunt Tren-
 tac. dict. cap. 3. Vasq. de success. progress. lib. 2. §. 17. num. 24.
 Paul. Æmil. Gallus de success. except. tit. 2. except. 20. n. 140.
 verior est. Pœnæ enim secundarum nuptiarum ultra cas-
 sus expressos non sunt extendendæ. Quamvis enim præ-
 sumptio adsit de extinctione amoris prioris erga liberos,
 novo thalami socio intra amplexus recepto, nihilomi-
 nus tamen hoc parum in recessu habet, quia mater non
 promiscue potest substituere novum maritum, aut alium,
 sed proximos agnatos mente capti præferre debet, &
 sic substitutio materna valet, quod præjudicis corro-
 borat Carpzov. Part. 3. const. def. 13.

§. IX. Cum itaque pater & mater exemplariter
Sipater substituere possunt, oritur inde disceptatio quid juris,
et *mater u-* si uterque substituere velit? Ratio difficultatis in eo con-
terque sub- sistit, quod in exemplari substitutione testamentum
stituatur. condatur loco filii furiosi. Si vero uterque parentum
 testamentum condat filio, & mente capto substituit, filio
 hoc casu decederet cum duobus testamentis, quod pa-
 gano non licet, sed tantum militi *L. Querebatur 19. ff. de*
Testam. milit. Verum illa regula non videretur extenden-
 da esse ultra casum, si quis propria autoritate testa-
 mentum sibi ipsi condat. Hoc casu vero non debet
 censerī unum testamentum, sed diversa duorum te-
 stamentiū, quorum unusquisque respectu suæ substantiæ
 liberum debet habere stylum. Igitur, si uterque paren-
 tum

tum substituatur exemplariter pupillo, vel etiam puberi furioso, attendenda est cujusque dispositio in bonis a parente substituente profectis. Förster. *lib. de substit. ad §. quaratione 1. Inst. de pupill. substit.* In bonis vero filii furiosi propriis, patris dispositio prævalet, B. Dn. Struv. *Patris substitutio præfertur in bonis propriis.* *Syntag. Jur. Civ. ad tit. de vulg. & pupill. subst. th. 35.* Hinc reprobanda est sententia Vincentii Fufarii *tr. de fidei-comm. subst. Quæst. 179. n. 23.* quando existimat, matris substitutionem omni casu in subsidium obtinere, cum tantum de ultimo casu valeat. Non enim pater habet disponendi potestatem, quomodo & qua ratione bona materna filio aliquando obvenire debeant. add. Bachov. *ad Treutler. vol. 2. disp. 11. th. 10.*

§. X. Videndum jam est, *an filius possit exemplari. An vice ter substituere patri furioso?* Resp. ita existimavit Jason. *versa fili-* ad dict. *L. ex facto. 43. ff. de vulg. & pupill. subst.* Pro cuius assertione adduci posset, quod pater demens eodem modo se habeat ad filium sanum; quo se filius furiosus ad patrem sobrium. Ergo ubi paritas rationis; ibi paritas dispositionis legum intervenisse censetur. Deinde & hoc plausible videtur posse urgeri, quod filius, sobrie vivens & rerum gerendarum gnarus Curator possit dari, si pater rebus suis superesse impediatur. *L. in his qui 12. pr. & §. 1. ff. de Tutor. & Curat. dat. ab his qui & c.* Verum contraria sententia uti plurimum applausum invenit; ita melioribus nititur rationibus. Defendunt autem illam Bartol. Ripa *num. 59.* & Dd. communiter in *L. alleg. tar. 43. ff. de vulg. Valqv. de success. progress. lib. 2. §. 17. num. 62.* Oddo *in prælud. de compend. p. 4. qv. 4. n. 2.* Alex. Trentacinq. *de substit. p. 3. cap. 3. num. 2.* Nec ita cum adductis rationibus pro affirmativa comparatum est, ut aliquem in adsensum trahere possent. Quod enim attinet

ad primum, substitutio exemplaris specialiter est indulta parentibus, ergo non est extendenda ad alias personas legibus non expressas. Et absurdum est, ut filius hoc casu in tabulis exemplaribus se ipsum scribat heredem. Ad secundum potest regeri, quod ab administratione bonorum patris ob ejus morbum, non valeat consequentia ad substitutionem exemplarem. conf. Duaren. *in ff. tit. de subst. vulg. & exemp. cap. 19.* Rolandin. Passager. *de Testam. & ult. volunt. cap. 25. num. 5.*

Ad exemplarem requiritur furor liberorum.

§. XI. Inter illas autem personas, quibus substitutio fit, primo loco connumerantur liberi furiosi, qui scilicet cum rabie & effrenata ira insaniunt, nec dilucida intervalla habent. *d. L. Humanitatis 9. Cod. de impub. & alius subst.* Is vero qui certa intervalla habet, & documenta sanæ mentis edit, temporibus remissionis sibi ipsi consulere prospicereque, ac si pubes sit, testamentum condere potest. *L. Furiosi 9. Cod. qui testam. fac. possunt. Odd. dict. l. qv. 7. Sim. de Præct. de Interpr. ult. vol. f. 256. n. 8. Summe Melancholicos etiam communiter, in hanc classem referunt. Quod admitti posset, si atræbilis morbo ita vexentur, ut sensu communi destituantur, & Maniaci vel furiosi evadant. Intrigliol. de subst. Cent. 2. qv. 27. Trentacinq. de subst. p. 3. c. 4. num. 1. Quo & pertinent mentis capti, inter quos & furiosos qualis differentia sit, inquit Stephan. Forcatulus in Necyomantia Jurid. Dial. 33. n. 6. Donell. in Cod. ad d. L. Humanitatis 9. Cod. de Impub. & al. subst. num. 4.*

Excipiuntur fatui.

§. XII. Minime vero huc referri possunt fatui, qui quidem mediocrem & communem prudentiam in suis reb, haud adhibent, ac imprudenter & inconsiderate interdum loquuntur, sed absq; mentis deliquio, Sfort. Odd

Odd. *de compend. substit. in pralud. part. 4. qv. 4. Vasqv. de success. progr. lib. 2. §. 17. n. 110. Prætus d. lib. fol. 256. num. 9.* Idem dicendum est de *Morionibus*, qui lautissimis mensis inerrare solent, ut cum C. Cæcil. Plinio *lib. 9. Epist. riones Au- 17. loquar, quique ludicris gestibus & verbis Magna- larum & tum gratiam quærere solent, de cætero lætæ magnatū.* mentis indicia nulla edentes. add. Guliel. Buddæus *Com. ad L. 4. ff. de Ædilit. Edict.* Aliam speciem hujus fari- næ hominum tradit Ulpianus, scilicet *fanaticorum*, quorum mentio fit ab eodem in *L. Labeo. 1. §. Apud Viria- ut & fa- num. 9. ff. de Ædilit. Edict.* Describuntur autem hi fanatici *natici* in *d. L. qui caput jactant, & aliqua profantur, & §. 10. ead.* quod *circa fana* sive *templa bacchentur, & responsa red- dant.* Ubi notandum, quod *Jctus per profari* intelli- gat idem quod prophetare sive futura prædicere va- riis gestibus Buddæus *alleg. loc. pag. 252. conf. Barnab. Briffon. Lib. 2. Selectar. Antiq. cap. 13.* Unde patet, ut obi- ter hoc notemus, quid frequens hodie fanatici con viciū proprie significet, undeque ejus origo derivanda sit, & quam absurde applicetur illis, qui barbariem inter Christianos extirpare cupiunt. Cæterum hi, ut & iracundi, & aliis affectibus dediti, non sunt subje- ctum substitutionis exemplaris, quia eorum vitia aut non sunt perpetua, aut eos non impediunt de rebus suis disponere.

§. XIII. Cum furiosis alias in unam classẽ so- *An prodi- lent compingi prodigi, qui nec finem nec modum exem- gis exem- pensarum tenent, & furiosum rerum suarum exitum, plariter solent experiri. L. 12. pr. ff. de Curat. furios.* De his itaque *substitui* quæritur, an etiam ipsis parentes pupillariter possint *possit.* substituere? Quod affirmari posse viderur, si non- ethice tales sunt liberi, sed juridice, h. e. quibus admi-

nistratione bonorum interdictum est, quod fieri posse, docent *L. 15. § 18. ff. de testam.* add. Dn. Strauch. *Diss. Justin. 9. apb. 29.* Interest enim omnino Reipubl. ne quis re sua male utatur, §. *ult. Inst. de his qui sui vel al. jur.* Dd. *in tit. de Curat. Furios.* Itaque hoc casu parentes iis exemplariter substituere posse, verius est. Card. de Luca *Theatr. Just. & Verit. tr. 2. summ. fideicommiss. num. 46.* Nec obstat, quod Sfortia Odd. *dict. tr. in pralud. part. 4. quest. 7.* urget, quod prodigus potius censura, quam favore legum dignus sit. Nam hic non favor prodigi spectatur, sed favor parentum, liberis ejusmodi substituere cupientium. add. Gomez. *tom. 1. Resolut. cap. 6. n. 4.* Sim. de Præt. *de interpr. ult. volunt. f. 256. num. 8.* Alex. Trentac. *de substit. part. 3. cap. 4. n. 2.* Did. Spin. a Carcer. *in spec. Testam. tit. de Exempl. num. 12.* Cephal. *conf. 423. num. 32.*

Surdis & mutis an exemplariter substitui possit?

§. XIV. Perspectis personis, quibus ob vitium animi substitutio exemplaris fit, sequuntur nunc illæ, quibus ob vitium corporis eadem substitutio necessaria. Sunt vero illi *surdi & muti natura, L. ex facto. 43. ff. de vulg. & pupill. substit.* & ibi Dd. Intrigliol. *de substit. cent 2. qu. 25. & 26.* Trentacinq. *de substit. part. 3. cap. 4. num. 7.* Sim. de Præt. *de interpr. ult. vol. f. 256. num. 8.* Sfort. Oddo *de compend. substit. in pralud. quest. 7.* Jac. Menoch. *conf. 303.* Alii, autem uti Blas. Michalor. *tr. de cec. surd. mut. cap. 62. n. 5.* distingvunt cum famosa *L. Discretis. 10. Cod. qui testam. fac. poss.* an a natura fit furditas, & sic conjuncta cum carentia loquelæ, an vero ex accidenti, & sic discreta ita ut mentem suam verbis vel literis exprimere possit. Priori casu posse, altero vero non posse substitui exemplariter, sed Principis permissu opus esse, ceu patet ex alleg. *L. 43. ff. de vulg. substit.* Quæ sententia admit-

admitti potest, quia ultimo casu filius pubes sibi ipse possit heredem scribere. Sufficit enim quod per signa, aut alio idoneo modo, suam voluntatem edat. Igitur tunc pater Cautelæ loco observet, ut facultatem substituendi per rescriptum Principis impetret. B. Dn. Brunem. *ad L. 43. ff. de vulg. & pupill. subst. n. 6.* Quod si vero pater rescriptum nolit vel non possit impetrare, potest tunc substitutioni exemplari provide adjicere clausulam Codicillarem, quæ ad minimum operatur fidei commissum. De cetero potest dici, quod semper & tunc in quemcumque casum liberi, si sibi, five ob vitium adestis, substitutione parentum pupillari contenti esse debeant. Add. Bacchov. *ad Treutl. vol. 2. Diss. II. th. 10. lit. A.* Intrigliol. *de substit. Cent. 2. quest. 25. & sequ.* Trentac. *de substit. part. 3. cap. 4. num. 7.* Guil. Forster. *de substit. ad §. 1. Instit. de subst. pupill.* Strauch. *Diss. alleg. aphor. 29.*

§. XV. Disceptationem præterea meretur, *An exheredato recte a parentibus exemplariter substitui possit? Ne-gant hoc communiter Dd. cum illi, quibus hoc modo substituitur, debeant saltem in legitima institui. & in specie Ripa num. 17. in L. ex facto ff. de vulg. Odd. de compend. substit. in pralud. p. 4. qu. 4. n. 8. Sim. de Præter. de Interpr. ult. vol. f. 256. 260. Alex. Trentac. de substit. p. 3. c. 5. num. 2. Polit. de Exempl. subst. qu. 8.* Imo Bachovius uti in perstringendo Treutlero sæpius nimis liberalis est, ita etiam hic tautologiæ eum arguit, cum dixisset, *non tamen exheredatis*, quia hoc per se clarum sit. *Vol. 2. Diss. II. th. II.* & quidem ex ea ratione, quod ingrati gratitudinis causa, ob quam quis exheredetur, vi

Nobell. us. in tam miserabiles personas cadere non possit. Verum hæc ratio non movit alios, quo minus contrariam sententiam amplecterentur, vid. Vafqv. *Controvers. illustr. cap. 106.* Cöppen. *observ. Pract. lib. 1. obs. 144. n. 9.* ut & vetustiores Dd. quos adduxit Vinc. Fular. *de substit. & fideicom. qvæst. 188. num. 2.* Et sane contra Bachovium urgeri potest, quod casus contingere possit, ubi filius sanus causam exheredationis committat, & postea furiosus factus exheredetur, & exemplariter ipsi substituat. Accedit, quod exemplaris imitetur pupillarem, hæc autem potest fieri liberis exheredatis, ceu supra expositum est *c. 2. §. 3. add. Strauch. d. diff. 9. in fin.*

Cautifent. §. XVI. Cavendum vero inprimis parentibus est hac ratione substituere cupientibus, ne promiscue heredes substituant. Nam hoc quidem in pupillaris ætatis substitutione ipsis permissum est; hoc casu autem probe attendendum est, annon ex illis personis, quas *L. Humanitatis 9. Cod. de Impub. & alii substit.* præferendas cupit, aliquæ adsint. Quapropter juxta illam legem substituendi sunt dementis filii sive liberi Leon. *de exempl. subst. n. 63.* Alex. Trentac. *de substiu. part. 3. cap. 5. num. 5.* Intrigliol. *de substit. Cent. 2. quæst. 33.* Si vero liberi aut alii descendentes defuncti deficient, tunc substituendi erunt ejusdem fratres, Paul. Emil. Gallus *de Except. success. part. 2. tit. 4. exc. 20. num. 69.* Sim. de Præter. *de Interpret. ultim. vol. fol. 235. n. 48.* Idem dicendum est de sororibus, Ripa *ad L. ex factio ff. de vulg. num. 92.* Odd. *præclud. de compend. substit. part. 4. qv. 8.* Cephal. *conf. 689. num. 11.* Intrigliol. *alleg. tr. Cent. 2. qv. 23. num. 7.*

Soror hoc casu etiam §. XVII. Acriter autem hoc ventilatum esse dicit Card. de Luca *Theatr. Inst. & Verit. Tr. 2. discurs. 184.*
in

in casu, ubi filio amenti erat substituta Ecclesia & aliæ *præfertur* piæ causæ, neglectis filiabus. Ubi, cum in utramque *piis causis.* partem non proletaria protulisset, concludit, filias testatoris, sive dementis fratris sorores in substitutione non esse excludendas, & in hac specie masculinū concipere femininum, add. Trentacinq. *Part. 3. variar. cap. 5. n. 10.* Et sane substitutio exemplaris dicitur testamentum, quod lex fingit fieri ab ipso furioso, quem probabile non est proprios descendentes, vel fratres aut sorores ob extraneos excludere velle. Nec obstat favor piæ causæ, quem alias Dd. pontificii ad excessum usque urgere solent, Tiraquell. *de favore piæ causæ, proem. n. 8.* Albericus *in rubr. ff. de vulg. & pupill. subst. num. 77.* Nam ille non debet valere contra naturalem æquitatem, quæ jubet, ut sororibus potius hoc casu hereditas relinquatur, quam extraneis. Ad autoritates vero Dd. dissentientium recte respondet laudatus Card. de Luca *dict. disc. 184. n. 5.* quod illæ non sint argumentativæ.

§. XVIII. An autem hoc a su omnes substituendi sint, an vero sufficiat, unum vel alterum elegisse; *An omnes substituendi, an ve-* valde disceptari solet? Si rectum in *dict. l. 9. Cod. de Im-* pub. subst. aspiciamus, & maxime §. *fin.* tam de filiis *rosufficit* mente capti, quam de fratribus ejus dicitur, quod unum? *unus?* num ex his, vel certos, vel omnes substituere possit. Quæ sententia cum quo ad descendentes furiosi rigida sit & dura, varie Dd. laborarunt de temperamento huic legi quærendo, ne reliqui liberi ex filio nati legitima priventur. Hinc Treutlerus *vol. 2. Disp. XI. tb. 10.* Dn. Struvius *Syntag. Jur. Civil. Exerc. 33. tb. 34.* dicunt, omnes liberos esse substituendos, aut ipsis querelam inofficiosi testamenti competere. Quæ sententia

tia sane æquisfima est humaniffimaque, fed non apparet, quommodo cum §. *fin. dict. L. 9.* conciliari queat. Hinc Bachovius, acutiffimus alias JCtus, fateri ad *Trentler. loc. cit. th. 10.* cogitur, quod iniquitatem (Trentleri contrariæ fententiæ) videat, fed quid ad verba constitutionis (in d. L. 9.) que etiam unius fubstitutionem admittit, & que- relam tamen negat, respondendum fit, fe non habere aut excogitare poffe. Est itaque hæc ex quæftionibus illis, quæ Principis decifionem defiderant. Interim cautius fecerit Pater omnes fubstituendo, quam controvertendi occafionem relinquere poffteris.

An omnes
fubstituen-
di fint fra-
tres?

§. XIX. Præfuppofita itaque hac rigida opinione quo ad liberos filii furiofi aut mente capti, dubitandum non est, circa ejus fratres idem permiffum effe parentibus, ut vel unum, vel omnes fubftituant. His enim legitima regulariter non debetur, fed tantum in cafu, fi turpis perfona fit inftituta; de qua re fufius in *Diff. fub. Dn. Præfid. de Gravam. Legit. cap. 1.* Utroque tamen cafu, tam in liberis, quam in fratribus, attendat parens fubftituens, annon fubftituendi pariter infani fint & dementes. Sani enim & prudentes tantum fubftitui poffunt. Quamvis alii dicant, dementes fubftitui poffe, fed non neceffario effe fubftituendos, Vinc. Fufar. de *fideicom. fubftit. quæft. 189. num. 13. add. Gallus; de Except. fuffeff. part. 2. tit. 4. exc. 20. num. 69.* Imo qui ex fratribus furiofo funt fubftituendi, ex ipfo parente fubftituente geniti effe debent, alioquin arbitrio fubftituentis relictum effe, an hunc, an extraneum fubftituere velit. Unde fi filius furiofus fratres tantum confanguineos habeat, mater fubftituens his vitricum præferre poffet. Carpzov, *Part. 3. Conf. 18. def. 15.* Idem obtinebit in patre, fi filius demens fratres tantum uterinos

ritos habeat, ubi tunc Novercam substituere valebit. Fufar. d. l. quæst. 189. n. 5. Odd. de compend. subst. in prælud. part. 4. qu. 8. Alex. Trentac. de subst. part. 3. c. 5. Intrigliol. de subst. Cent. 2. qu. 34.

§. XX. An vero pater substituens, si ex filio demen- *An hoc ca-*
te nepotes non adsint, matrem; & mater eodem casu *su pater*
patrem excludere, & fratres substituere possit; in alleg. l. matrem
Humanitatis, 9. Cod. de Impub. & alius substitut. decisum haud & v. v.
reperitur. Sane non pauci Dd. eam fovent sententiam, *excludere*
quod mater, etiam si filius mente captus aut furiosus, nec *possit?*
descendentes nec fratres habeat, necessario substituenda
non sit, quam sententiam communem vocant Alexand.
Trentacinq. de subst. pupill. cap. 5. num. 12. Intrigliol. de
subst. Cent. 2. quæst. 34. Stortia Odd. in prælud. de compen-
dios. subst. part. 4. quæst. 8. Verum contrariam senten-
tiam, quod mater tunc substituenda sit, æquitati naturali *Decis.*
convenientiorem existimant Paul. Æmil. Gall. de Except. *contro-*
success. p. 2. tit. 4. Except. 20. num. 87. Gomez. Var. Resolut. *vers.*
tom. 1. cap. 6. num. 7 & alii allegati a Vincent. Fusario de subst.
quæst. 189. num. 6. Nam quod decisionem dictæ L. 9. atti-
net, Imperator Justinianus sine dubio respexit ad ratio-
nem succedendi juris veteris, ubi post liberos potior ra-
tio fratrum erat, qui parentibus in successione præfere-
bantur. Ast, postquam per Novell. 115. cap. 4. & Novell. 118.
cap. 2. hoc immutatum est, & parentes fratribus sunt præ-
lati; per justam consequentiam inde inferre licet, illos in
hac substitutione præteriri haud debere. Equidem ob-
stare huic assertioni videtur, quod etiam in substitutione
pupillari excludi possit mater, ceu expositum hoc est
supra Cap. 11. §. 16. Verum quod ad hanc rem differentia sat
manifesta est inter substitutionem pupillarem, & quasi pu-
pillarem siye exemplarem. Ibi enim substitutio ex me-
ro arbitrio patris substituentis pendet; verum substitutio

exemplaris quæ furioso fit, non ita libera est, sed ad ordinem legitimæ successione quadantenus restricta est.

*Exempla
ris expi-
rat sani-
tate men-
tis recupe-
rata.*

§. XXI. Sicut autem pupillaris substitutio ad aetate pubertate expirat; ita quoque quasi pupillaris, sive exemplaris, redeunte sana mente vires suas amittit per *L. 43. ff. de vulg. & pupill. substit.* Rediisse vero sanam mentem probandum est ab allegante, arg. *L. 18. §. 1. ff. de Acq. Poss.* Quid autem si ad tempus cesset furor & impotentia animi, & redeat, an & substitutio reviviscet? Respond. adhuc subsistere substitutionem exemplarem communiter concludunt *Dd. ad L. ex facto. 43. ff. de vulg. & pupill. substit.* add. tamen *Bacchov. ad Treutler. vol. 2. disp. II. th. 10. lit. F.* Quamvis enim interim ille testamentum condere potuerit, quia tamen hoc non fecit, præsumitur a se approbatam esse substitutionem antea factam. *Menoch. de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 50. num. 6.* qui tamen hanc sententiam restringit, ad furorem brevi tempore reversum.

*Decis. qua
stion.*

*Cautela
hoc casu.*

§. XXII. Verum pariter hic dici posset, sub substitutionem hanc redeunte sana mente ipso jure expirasse, adeoque si ille, qui sanam mentem recepit, testamentum non condat, videtur heredibus ab intestato liberam successionem relinquere voluisse, & huc quadrant rationes adductæ a *Menochio dict. loc. n. II. seqv.* conferatur etiam alleg. *Bachovius l. c. th. 10.* Quapropter pro parente, reditum furoris in filio metuente, optima Cautela est, ut expresse ad casum reversi furoris extendat substitutionem. Et quamvis eo ipso impedire nequeat, quo minus filius iterum testamentum condere valeat, quod etsi fecerit filius, illud testamentum ob supervenientem furorem vires non amittit. *§. 1. Inst. quib. non est permiss. testam. fac.* attamen si filius tempore intermedio non fecerit hoc, sine controversia subsistit substitutio paterna. Imo & hoc consilio uti potest pater, ut filio furioso per fideicommissum substituat,

stituat, quod effectum habebit, siue postea sanæ mentis factus fuerit, siue in furore decefferit.

§. XXIII. Expirat porro substitutio exemplaris a-*Expirat* gnatione sui heredis, si scilicet post substitutionem filio *exempla-* infano nascatur legitima proles. *L. ex facto 43. pr. ff. de vulg. ris substit. & pupill. substit.* item infirmatione testamenti principalis, *agnatione* in quo substitutio exemplaris facta est, eo enim corruen-*heredis-* te, necesse est, ut & exemplar illius simul evertatur, quia sequela ejusdem est. §. 5. *Instit. de pupill. subst.* finitur etiam ex persona substituti exemplariter, si illa ante heredem institutum insipientem moriatur. Non enim substitutionis spes, aut jus ullum transmittitur ad heredes, *L. liber homo 59. §. si ita 6. ff. de Hered. instit.*

§. XXIV. Atque hæc sunt quæ mihi intra angustum *Conclusio* hoc temporis spatium, quo commorari hic licuit, in men- *Diff. V.* tem venerunt commentandi, de ardua hacce materia substitutionum, in quam quadrat potius illud, quod alias Nevizanus *conf. 53. princ. & H. Pistorius Quest. illustr. p. 4. qv. 9. n. 5.* efferunt de *compendiosa substitutione*, quod similis sit mari Anglicano, quod absque fundo esse censetur. Ego interim sicubi a regia veritatis via aberravero forte, eo benignius iudicium a B. Lectore expecto. De cetero Deo T. O. T. M. gratias ago humillimas, pro immensis illis beneficiis, ab ipsius clementia toto vitæ & studiorum meorum cursu mihi præstitis, cui propterea in perpetuum sit

LAUS AC GLORIA.

COROLLARIA.

I.

Sponsalia contra sanctiones Consistoriales, quamvis jurata, sunt invalida, & nullam obligandi vim habent.

II.

II.

Sponsalia pura posteriora, non sunt præferenda conditionatis anterioribus.

III.

Sponsalia mutuo dissenſu diſſolvi poſſunt, non tamen privato auſu, ſed auctoritate Conſiſtorii.

IV.

Si Judex obſervat, ex mera malita alterum deſponſatorum diſcedere velle a data ſemel conjugii fide, mulctam indicere, & cœlibarum ad tempus in jungere poſteſt.

V.

Mulier quædam ſponsalia contraxit ſub juris Juran- di religione, ſed poſtea conſummationem matrimonii præfracte derectat. Quæritur an invita per miniſtrum Ec- clesiæ copulanda ſit? R. Quod non, ſi mulcta vel carcere ad conſummationem induci nequeat.

VI.

Si bina ſponsalia publica concurrunt, tunc priora poſterioribus ſunt præferenda, etiamſi ad hæc copula carnalis vel benedictio ſacerdotalis acceſſerit.

VII.

Ex ſponſalibus dolo initis nulla naſci poſteſt obligatio, imo & matrimonium ira diſſolvi poſteſt.

VIII.


Liberi morgantici, licet ex vero atque legitimo matri- monio procreati ſint, tamen ad feudalem ſucceſſionem non admittuntur, etiamſi nulli alii ex masculis ſuperſint.

IX.

Civitas Imperii communi civium conventionem, appella- tionis beneficium ad Cæſarem vel Cameram Imperialem, tollere poſteſt.

X.

Si promiſſi fides nobis ubique ſancta eſſet, & men- daciapactorumq; violationes ſevere punirentur, juramen- tis carere poſſemus.



01 A 6614

ULB Halle
002 933 462


3



R







I. N. 7.
DISSERTATIO INAUGURALIS
DE

JURE SUBSTITUTIONUM

Quam

ANNUENTE NUMINE DIVINO

RECTORE MAGNIFICENTISSIMO

SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO

DN. FRIDER. WILHELMO

REGNI BORUSSICI HÆREDE &c. &c.
IN ILLUSTRIS ACADEMIA FRIDERICIANA

PRÆSIDE

DN. SAMUELE STRYKIO Jcto

SERENISSIMI AC POTENTISSIMI REGIS BORUSSIÆ CONSILIARIO

INTIMO, PROFESSORE PRIMARIO ET FACULTATIS

JURIDICÆ ORDINARIO

PATRONO ET PRÆCEPTORE PERPETUO HONORIS ET GRATITUDINIS CULTU PROSEQUENDO

PRO LICENTIA

Summos in utroque jure honores capeffendi

IN AUDITORIO MAJORI

D. Mart. An. MDCCII horis ante & pomeridianis
publicæ disquisitioni summitteret

CHRISTIANUS LUDOVICUS VEIEL.
Ulmenfis,

HALÆ MAGDEBURGICÆ,
Typis Johannis Gruneri, Acad. Typogr.